fr. 1.501



John Carter Brown.

1650 – 51 – 52

Annuae Lit.
Soc. Jesu
MDCL

1658

Societatis Jesu Solodori 1659

ANNVÆ LITERÆ SOCIETATIS IESV ANNI M.DC.L.

FRANCISCO PICCOLOMINEO PRÆPOSITO GENERALI SOCIETATEM GVBERNANTE.

Acceſſit ad calcem Catalogus Librorum anno 1650. à Noſtris editorum, & Index rerum.

Cum Facultate Superiorum.

DILINGÆ.

Formis Academicis.

Apud Ignatium Mayer.

ANNO CHRISTI M. DC. LVIII.

REVERENDIS IN CHRISTO PATRIBVS, ET CHARISSIMIS FRATRIBVS SOCIETATIS IESV.

Pax Chriſti.

JOHN CARTER BROWN

SI vera, non verò commentitia eſſet illa echo, quæ multifariàm diuiſa ita voces tantùm extremas reddit, vt ipſæ, quæ ab illa redeunt, vocum particulæ integram, nec ingratam orationem referant ad mittentem; id ego cum veſtris Romam miſsis, & Romæ dimidiatis particulatimque iunctis annuis literis dicerem contigiſſe. Redit ad vos, Reu. Patres, anni 1650. ſeu literarum annuarum à vobis perſcriptarum, dimidiata velut echo, ſelectis paucis, & in has literas quadam coagmentatione coniunctis; reliquis tabulario, ac hiſtoriæ reſeruatis. Ad eas quæ hîc non ſunt expectandas, vel ipſi iudicabitis tot annos abundè ſuffeciſſe. Vt verò à Congreg. VII. Decreto XV. impensè commendatus, ac tanto annorum interuallo intermiſſus annuarum curſus rediret, Noſtro Patrê

& repetitum ab ipſis originibus maiorum exemplum ſuaſit, & Prouinciarum ſuffragatio, rationes deſideriúmque perſuaſit. Sic ſui inuicem conſciæ Prouinciæ aliæ aliis incitamento ſunt, & exemplo. Quocirca his interim expectationem eius, quem à Prouinciis ab anno 1615. vſque ad 1649. partim accipimus, partim expectamus, commentarij ſolemini: dabimus & illum, vbi acceperimus. Ego *cum Tacito lib. 3.* præcipuum munus annalium reor, ne virtutes ſileantur. *Et hoc agent annuæ, vt ex hac eorum, quæ prouinciatim quotannis per Societatem geruntur, adumbratione tantum emolumenti legatis, quantum legi optabat S. P. Ignatius, ſub quo quarto quouis menſe hæ literæ ſcribebantur; quantum Lainius, ſub quo ſemeſtri quouis; quantum B. Borgia, ſub quo annale curriculum complecti ſunt iuſſæ. Hoc autem ex iis, quæ ab aliis plura, pauciora verò ab aliis perſcribuntur, ſeligendi, ac nec ſtrictim arctandi, nec prolixè narrandi, & omnia titulis, numeris, indice circumſcribendi conſilium eò initum eſt, vt minùs expenſarum, & otij occupet, ac magis ex vſu eſſe poßit etiam occupatis breuior quàm aliquorum hactenus fuerit Lectio annuarum. Valete; ac pergite cùm ſcribenda flagranter gerere, tùm accuratè geſta perſcribere.*

Fa-

Factis, & calamo annales condîte: ac dicite dicatéque opera veſtra Regi ſeculorum immortali; quemadmodum olim id, quod gerebatur, ſcribebatur, (Eſther. c. 2. v. 23.) mandatûmque eſt hiſtoriis, & annalibus traditum coram Rege: *vt(ibid. c. 6. v. 1.)* hiſtorias, & annales priorum temporum *legant anni poſteri, ad gloriam Regis Regum; & ipſa illas in annis æternis infinito ſuo volumine faſtis cæleſtibus immortaliter commendet atq; coronet, memor temporum omnium conſultrix, ac meta noſtra æternitas, cui & fiunt hæc omnia, & ſcribuntur. Romæ 12. Ianuarij 1657.*

Minimus omnium
in Chriſto ſeruus

IOANNES NADASI. S. I.

INDEX PROVINCIARVM Societatis IESV.

IN ASSISTENTIA ITALIÆ.

Aſſiſtente P. Fabritio Banſo.

1. Prouincia Romana,
2. Sicula,
3. Neapolitana, *
4. Mediolanenſis,
5. Veneta.

IN ASSISTENTIA GERMANIÆ.

Aſſiſtente P. Goſvvino Nickel.

1. German Superioris,
2. Rheni Inferioris,
3. Rheni Superioris,
4. Auſtriæ,
5. Bohemiæ,
6. Flandrobelgica,
7. Gallobelgica,
8. Polonica,
9. Lithuaniæ,
10. Anglicana.

Miſſiones Hibernica, & Scotica. *

IN ASSISTENTIA GALLIÆ.

Aſſiſtente P. Franciſco Annato.

1. Franciæ,
2. Aquitaniæ, *
3. Lugdunenſis, *
4. Toloſana,
5. Campaniæ.

IN

IN ASSISTENTIA HISPANIÆ.

Aſſiſtente P. Franciſco Montemaior.

1. Toletana, 4. Bœtica, *
2. Caſtellana, 5. Sardiniæ,
3. Aragonenſis, *

Eiuſdem Aſſiſtent. India Occidentalis.

6. Peruana, 9. Philippinarum, *
7. V.Prou. Chilenſis, * 10. Paraquariæ, *
8. Mexicana,

IN ASSISTENTIA LVSITANIÆ.

Aſſiſtente P. Ludouico Brandano.

1. Prouinc. Luſitana, *

In India Orientali.

2. Goana, * 5. V. Prou. Sinarum, *
3. Iaponica, * 6. Braſilica, *
4. Malabarica, *

Quæ aſteriſco notatæ ſunt, annuas illarum pro anno 1650 non accepimus.

Has verò Prouincias Alphabetico ordine in annuis omnibus deinceps collocabimus ad commoditatem illas faciliùs reperiendi pro Indice, & aliàs. Romanam tamen, vt Matrem, præmittimus.

Proteſtatio.

OMnia quæ narrantur in hiſce literis variorum, intelligenda ſunt ad mentem Vrbani VIII. Pont. expreſſam in decretis datis anno 1625. 13. Martij. 1631. 5. Iunij. 1634. 5. Iulij. Nulli plus quàm humanæ authoritati, nec fide niſi tantùm hiſtoricâ, innituntur: nullo nouo Sancti vel Beati elogio vlli adſcripto, niſi in quantum id conceſſit S. Mater Eccleſia; cuius propagationi, & ornamento hæ quoque literæ ancillantur. Ita omnium nomine teſtor.

Romæ in Domo Profeſſ.
anno 1657. 2. Febr.

IOANNES NADASI
Soc. IESV.

CATALOGVS
PP. ELECTORVM CONGREGATIONIS GENERALIS NONÆ

EXEVNTE ANNO 1649. ET IN-
eunte anno 1650. Annis Profeſſio-
nis editæ, ac Prouinciis, è qui-
bus venêre, adie-
ctis.

ADMODVM R. P. FRANCISCVS PICCOLOMINEVS
Generalis.

PP. ASSISTENTES, ET PROVINCIALES.

P. Fabritius Banfus. 24. Iun. 1614. Prou. Mediol.
P. Thomas Rheina. 1. Febr. 1615. Aſſiſt. Ital.
P. Florentius Montmorency. 9. Oct. 1616. Aſſ. Germ.
P. Gauinus Biſquedda. 7. Iun. 1620. Prou. Sardin.
P. Franciſc. de Aquilar. 23. Aug. 1620. Prou. Caſtell.
P. Guilbertus Rouſſellus. 10. Iul. 1622. Pr. Aquitan.
P. Petrus de Mendoza. 15. Aug. 1622. Aſſ. Hiſpan.
P. Antonius Sauignacus. 28. Ian. 1624. Prou. Toloſ.
P. Franciſcus Annatus. 28. Ian. 1624. Aſſ. Galliæ.
P. Ægidius de Namur. 29 Sept. 1624 Pr. Gallobelg.

P.Ioannes Gayetus. 19.Oct. 1625. Prou. Lugdun.
P.Franc.Maſcambrunus. 28.Oct. 1625. Pr.Neapol.
P.Blaſius Slaninus. 26. April. 1626. Prou.Bohemiæ.
P.Petrus Cazræus. 31.Maij. 1626. Prou. Campan.
P.Bernardus de Occanna. 8.Dec. 1626. V-Pr.Bæticæ.
P.Claudius Delingendes. 13.Iun. 1627. Pr.Franciæ.
P.Franciſcus de Tauora. 21.Oct. 1627. V-Pr.Luſit.
P.Franciſcus Francus. 31.Iul. 1628. Prou. Toletan.
P.Nithardus Biberus. 2.Febr. 1630. Prou.Rhen.Sup.
P.Franc.de Monte maior. 1.Maij 1630. Pr.Aragon.
P.Staniſlaus Sczytnicki. 4. Maij. 1631. Prou.Polon.
P. Nonius à Cunha. 6. Ian. 1632. Aſſiſt. Luſitan.
P. Andreas Klinger. 5. Febr. 1632. Prou Lithuan.
P.Valentinus Ægidius. 8. Sept. 1632. Prou. Roman.
P.Ioan.Bapt.Engelgraue. 6. Iun. 1634. Pr.Flandrob.
P.Ioannes Bucelleni. 17.Dec. 1634. Prou. Auſtriæ.
P.Franciſc. Foſterus. 8. Dec 1635. V-Prou. Angliæ.
P.Godefridus Otterſtett. 29. Iun. 1637. Pr.Rhē.Inf.
P.Ludouicus Bomplanus. 27. Maij. 1640. Pr. Sicil.
P.Laurentius Keppler. 31. Iul. 1640. Prou. German.

NON ASSISTENTES, NEQVE PROVINCIALES.

P. Carolus Sangrius. 3. April. 1603. Neapolitan.
P. Terentius Alciatus. 21. Nou. 1603. Romanæ.
P. Ignatius Maleſcotus. 20. April. 1614. Aquitan.
P.Philippus Plumeretus. 16. Oct. 1616. Campaniæ.
P.Ioſephus Caſtelnouus. 14. Maij. 1617. Aragoniæ.
P. Paulus de Rayas. 3. Sept. 1617. Aragoniæ.

P. Pe-

P.Petrus Pyrardus. 4. Febr. 1618. Aquitan.
P.Ioan Anton.Velazquez.24.Febr.1618.Caſtellan.
P.Petrus Gonzalez de Mendoza.10 Iun.1618.Tolet.
P. Iacobus Dinetus. 4. Nou. 1618. Franciæ.
P. Claudius Boniellus. 1. Nou. 1619. Lugdunenſi.
P. Michael Alfordus. 21. Nou. 1619. Anglican.
P. Ludouicus Brandanus. 15. Dec. 1619. Luſitan.
P. Emmanuel Pardo. 28. Maij. 1620. Toletan.
P. Melchior Belli. 7. Iun. 1620. Siculæ.
P. Ignatius Garganus. 2. Febr. 1621. Neapolitan.
P. Petrus Pennequin. 4. Iul. 1621. Gallobelg.
P. Nicolaus Zucchius. 4. Sept. 1621. Roman.
P. Antonius Lopez. 8. Sept. 1621 Sardiniæ.
P. Ferdinandus Cortes. 10. Oct. 1621. Caſtellan.
P. Ioannes Beſſonius. 2 Febr. 1622. Toloſan.
P. Bernardus Dangles. 24. Aug. 1622. Campan.
P. Iacobus Doullin. 4. Sept. 1622. Gallobelg.
P. Dominicus Langa. 2. Febr. 1623. Aragoniæ.
P. Andreas Brunner. 2. Dec. 1623 German.
P. Guilielmus Baro 16. Maij. 1624 Toloſan.
P. Goſvvinus Nickel 19. Maij. 1624. Rhen. Infer.
P. Iulius Foppa. 8. Sept. 1624. Mediolan.
P. Ioannes Dakazat. 1. Oct. 1024. Bohemiæ.
P. Franciſcus ab Heës. 25. Ian. 1625. Flandrobelg.
P. Ioachimus Hamman. 2. Febr. 1625. Rhen Sup.
P. Matthias Baſtianſchiz. 16. Mart. 1625. Auſtriæ.
P. Ioannes Nerouius. 25. April. 1625. Bohemiæ.
P. Chriſtophor. Planchetus. 28. Apr. 1625. Lugdun.
P. Georgius de la Haye. 31 Maij. 1626. Franciæ.
P. Nicaſius Widnman. 6. Ian. 1627. German.

P. Fer-

Nomina PP. Electorvm.

P.Ferdinandus del Plano. 21. Sept. 1627. Flandrob.
P. Martinus Hineza. 27. Maij. 1629. Polon.
P. Michaël Solona. 2. Oct. 1629. Philippin.
P. Gregorius Schönhoff. 20. Sept. 1630. Lithuan.
P. Alexander Boſellus. 2. Dec. 1630. Venetæ.
P. Martinus de Eſcalante. 2. Iun. 1631. Bæticæ.
P.Bernardinus de Sampayo. 28. Sept. 1631. Luſitan.
P. Ioan. Bapt. Guadagnius. 24. Mart. 1632. Venetæ.
P.Andreas Sanna. 30. Maij. 1632. Sardiniæ.
P. Alexander Fliſcus. 26. Dec. 1632. Mediolan.
P.Franciſcus Barretus. 27. Mart. 1633. Malabar.
P. Thomas Bapthorpus. 7. Mart. 1634. Anglican.
P.Zacharias Trinckellius. 25. Ian. 1635. Auſtriæ.
P. Fabius Albergattus. 8. Sept. 1635. Roman.
Subſtitutus P. Nicol. Zucchio, è Congr. diſcedenti.
P. Franciſcus Gonzaluez. 31. Maij. 1636. Braſilicæ.
P. Ioannes Marracius. 1. Ian. 1637. Goanæ.
P. Ricquinus Göltgens. 19. Apr. 1637. Rhen. Sup.
P. Petrus Paczanovvski. 16. Ian. 1639. Poloniæ.
P. Staniſlaus Tomiſlavvski. 2. Iul. 1640. Lithuan.
P. Bernardus Habbel. 31. Maij. 1643. Rhen. Infer.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ ROMANÆ SOCIETATIS IESV ANNI M. DC. L.

§. I.

DE DOMO PROFESSA ROMANA.

1. EXeuntis anni 1649. extremum, & ineuntis huius anni 1650. ingreſſum, nonum generale Societatis IESV Comitium in Domo hac more maiorum collectum occupauit à 13. Decemb. ad 23. Febr. vſque porrectum: electo *Franciſco Piccolomineo*, quem in Vincentij Caraffæ locum Congregatio ſubrogauit ipſo die S. Thomæ Apoſtoli, & Societati vniuerſæ præpoſuit Generalem. Adfuêre præter 25. Prouinciarum Electores, etiam Procuratores Philippinarum, Braſiliæ, Goanæ, ac Malabaricæ; omnes 85. Quare anni exordio Domus hæc plus quàm 180. capita numerauit, ſi Coadiutores numeroſos quorundam Electorum ſocios, & hoſpites alios, qui ferè hîc diutiùs commorantur, extra hunc numerum re-

lin-

linquamus. Ex hoc omnium capitum cenſu fuère Sacerdotes ferè 140.

2. Annum ſanctum auſpicatò ingreſſi Patres, in primo ſtatim ſenaculo 2. Ianuarij celebrato, de quotidiano cultu Deiparæ (quæ Societatis vniuerſæ Domina, ſoſpita, & Mater eſt) vt vbique vniuſmodi eſſet, deliberauêre. Nam, vt eius diei acta loquuntur, cùm propoſitum fuiſſet, vt expendat Congregatio, an quotidie in ſingulis Societatis domiciliis in honorem Beatiſſimæ Virginis recitanda ſit oratio aliqua, quâ illius ſingulare erga totam Societatem patrocinium ſtatâ & ratâ pietate imploretur; probauit poſtulatum Congregatio: & quoniam iam pridem à P.N. Claudio b. m. cõmendatum fuit, vt ſcilicet ordinariis Sanctorum Litaniis, quæ quotidie ex pia conſuetudine recitantur, *Aue maris ſtella*, vel *Salue Regina* ſubiungeretur, Congregatio inductum hunc in Societatem morem laudans, atque approbans, ad inducendam in totam Societatem vniformitatem ſtatuit, vt vbiq; *Aue maris ſtella*; *Sub tuum præſidium*; &, *Defende quæſumus*, &c. quotidianis Sanctorum Litaniis adiungantur. id quod ſapienter ac piè factum à Patribus, ad Societatem (expenſis meditatè iis verbis, quibus illa Devm iſtic, Deiparámque alloquitur) in cordato ac teneræ ſolidæque fiduciæ pleno Deiparæ cultu, & dignis quæ ibi petuntur virtutibus, etiam deinceps flagranter perſeuerantérque prouehendam.

3. Illud quoque lætabile, atque opportunum

hoc

hoc anno accidit, quòd ad Patrem Noſtrum Generalem ſigillo maiore ritè ſignatum, & ſui Generalis ac Secretarij manu ſubſcriptum chirographum miſerit inclyta Patrum Carmelitanorum, quos diſcalceatos vocant, Congregatio. Eius ego Latini autographi apographum fidele hîc reddo ex ipſa charta, quæ in ſecreto tabulario aſſeruatur. Ergò illi ſcribunt in hæc verba:

Accepimus, ſcripta S. Matris N. Tereſiæ edita, eſſe truncata quoad illa omnia, quæ ſpectant Societatem IESV; ita vt cùm & in manuſcriptis Codicibus pleriſque, & in pleriſque exemplaribus pridem editis, ac in ipſomet S. Matris contextu originali, omnia illa quæ notantur in libro, cui titulus; Gloria S. Ignatij; exarata inueniantur; tamen in ea editione, de qua dictum eſt, omnia fuerint eraſa. hanc infidelitatem editionis, non tam Societati IESV, quàm S. Matri iniurioſam, omninò improbamus, & à nobis non eſſe profectam conteſtamur: quin immò, ſi quis ex ordine noſtro deprehenderetur tale quid admiſiſſe, aut fieri curaſſe, impunitum non debere eſſe decernimus. Ipſam quoque editionem truncatam, in vſu noſtrorum eſſe prohibemus.

Propoſitionem hanc Capitulo noſtro Generali propoſitam, & per acclamationem omnium approbatam teſtamur. die 16. Maij 1650.

Sigillum.

F. Franciſcus à SS. Sacramento
Præp. Generalis.
F. Ioachimus à Ieſu Maria,
Capit. Gen. Secret.

Hæc

Hæc ibi religioſiſſimi Patres ad verbum luculentâ ſui erga Societatem animi ſignificatione. quæ teſtificatio ea reſtituit, quæ malignè auſus eſt inuidus aliquis & maleuolentiæ plenus genius; qui à Seraphico illius Virginis calamo Societatem laudari non ſine ſtomacho ferebat. Fatetur illa ſibi à Societatis Patribus timorem incuſſum circa quædam mala principia: multùm ſe Societati ait addictam, eò quòd ſciret modum Societatis ita viuendi, ſicut orandi: in magno DEI beneficio ponit ſibi ab eo datum, vt cognoſceret, & tractaret cum gente adeò ſancta, qualis eſt Societas IESV, vt ipſa Teresia loquitur: vocat perſonas ſanctas, & homines benedictos; aitque ſe ex illorum obedientiâ redditam meliorem; ideóque libenter propè illos habitaſſe, ac valdè gauiſam cognoſcendo ſanctitatem illorum conuerſationis: vidiſſe ſe Societatis Religioſos in cælo cum vexillis albis in manu aliquoties, & alias res magnæ admirationis; videre ſe illorum vitam conformem ei, quod Dominus ipſi demonſtrauit; habere ſe Societatem in magnâ veneratione: audiſſe ſe Miſſam, quam quidam Pater dicebat pro vno fratre Societatis mortuo, & viſum à ſe illum ire ad cælum cum multa gloria, & ex particulari fauore eum comitari maieſtatem Domini noſtri: ſuper communicantes fratres Societatis IESV viſam à ſe bis vmbellam, quam aliis communicantibus non videbat: dictum ſibi à Chriſto, Societatem Eccleſiæ magnas ſuppetias laturam: viſum à ſe P. Balthaſarem Aluarez Con-

feſſa-

feſſarium ſuum ſacris operantem magni ſplendoris diademate coronatum; ac illi paratam in cælo gloriam; inſignem denique inter mortales eminentiam ſanctitatis. Eadem poſt mortem apparens:Et ego, inquit, ſum filia Societatis; habui in eâ Confeſſarium, quem nunc in cælo & agnoſco, & veneror. Plura de Martyribus, ac aliis habet S. Tereſia laudata in libello gloriæ S. Ignatij, quæ *omnia* (nempe quæ de illa viua iſtic dicuntur) in originali S. Tereſiæ inueniri ait ſacra illa corona Patrum in Capitulo collectorum; quæ ego hîc eo conſilio ſtrictim volui indicata, vt vitam ſanctæ Tereſiæ lecturi Noſtri ſciant mutilam à germanâ, verâ, & integrâ, qualem Carmelitani Patres probant, internoſcere, ac typographis commendare.

4. Conciones, quæ pro more veteri per eſuriales longi ieiunij ferias in templo Domûs Profeſſę celebrantur, hoc anno id ſupra morem annorum ſuperiorum habuêre, quòd Sabbato quoque (quo tamen aliàs Eccleſiaſtes à totius hebdomadę contentione interſpirat) ſint habitæ, atque frequentiùs ab auditore eminentiſſimo honoratæ. Argumentum dicentis fuit Deipara Virgo Mater.

5. Domi verò exeuntem annum clauſit, & hunc velut initiauit Ioannes Cardinalis de Lugo è Societate IESV notum nomen, ac eminentiſſimum. Dixit vltimo die ſuperioris anni ad Patres veſperi, tanquam vnus ex nobis, pro votorum, ſeu ſpiritûs inſtauratione de triplici religioſi vinculi ſacramento, cordatè ac è neruo domeſtico diſſerens de So-

cietate, cui à DEO *vocatum eſt nomen eius IESVS.* quare noſtrûm eſſe, vt non ipſi nobis nomen quæramus, verùm accepti à DEO tanti nominis zelo animarum pleni ſanctitatem, & menſuram factis impleamus.

6. Inter deſtinata hoc anno ad S. P. N. Ignatij corpus anathemata, meretur non taceri vnum è Sinis non tam elegantiâ, quàm, vt aiunt, peregrinitate viſendum. Tabella eſt argentea palmo altior, duos lata, Latino hinc, inde vernaculo Sinenſium charactere in hæc verba inſcripta:

Clariſſimi Imperij Sinici, de Imperatoris voluntate, vniuerſalis Prorex Prouinciarum Quantum, Quamsì, Fochien, Commiſſarius in terra, & mari, Quamsì Regulorum Dux, Theſaurarius redituum, & ſolicitator, abſente Rege abſolutus deciſor cauſarum, Cuſtodiæ Regiæ Præfectus, Equitum Magiſter, Cancellarius, intimus Regis cubicularius Pam Achilleus Chriſtianus, olim quòd à Societatis IESV viro P. Nicolao Longobardo receperim legem, & ſanctum Baptiſma, imponens capitis vertici ſanctum beneficium, cum humili reuerentia ſtatuo tenue monumentum, & cum omni honore offero TIBI, ſancte Patriarcha, Societatis IESV Generalis Doctor,

IGNA-

IGNATI,
Tuum ante Corporis Thronum.
Sinarum Imperatoris anni Iumlie quarto,
Lunâ decimâ, die VIII.
Traditum Societatis IESV viris
P. Andreæ Xauier, & P. Michaëli Boym,
Vt offerrent in magni Occidentis
Romana Vrbe.
D. N. IESV INCARNATI ANNO
Milleſimo Sexcenteſimo Quinquageſimo,
Nouembr. die I.

Hoc anathema, quia hoc anno factum & huc deſtinatum eſt, in hunc annum retulimus; tametſi anno 1656. ineunte ſit appenſum.

7. Sodalitas Prælatorum, & Nobilitatis, Dominicâ Quinquageſimæ in templo Domûs Profeſſæ Romanæ, cui à IESV nomen, habuit eminentiſſimum Cardinalium Collegium in capellâ, vt vocant, more conſueto. Dedit pro arâ ſummâ ſubſtructionem templi Salomonis columnati triginta duabus columnis excelſis, & oculos optico artificio introrſus ordine procul porrecto proſpectantes perſcienter fallentibus, candore alabaſtrum imitatis; auro, lumine, ac variis quà architectonici, quà phrygij operis imitamentis inſigne; ſelecto etiam penicilli ingenio apertam iucundè cæli gloriam deſuper partitè trifariàm appendente, Ange-

lis, aliis pani Angelico mirabile tabernaculum i
Solis centro ponentibus, aliis profundâ quadam
infinitate, varietate, ac interminatæ illius lætiti
adumbratione omnia tenero circumiectu ample
xis; igne denique in altare de cælo delapſo, ad ſa
crificalem Salomonis victimam incendendam
cùm per omnem templi coronidem latè centum
faces candidæ collucerent.

§. II.

DE PROVINCIA ROMANA & Romæ de Anno ſancto.

8. PRæter 96. ſocios, & ex iis 53. Sacerdotes Do
mûs Profeſſæ Romanæ incolas, fuêre hoc an
no in Romana Prouincia per domicilia 36. ſocij o
mninò 600. è quibus Sacerdotes 297. è Societat
quatuor, è vitâ 25. migrauêre : vnus admiſſus
quia pluribus per Innocentium X. Pontificem no
licebat, aditu etiam in alios religioſos ordines in
terclufo. Deſertorum vnus eò prolapſus eſt ærum
narum, vt Setiæ in Xenodochio paucis poſt ſuam
Societate diſceſſionem menſibus mortuus, nudu
debuerit ſepeliri. Spectabilem, & piâ maieſtat
modeſtam ſupplicationem duxit Romanum Colle
gium ad 4. templa Iubilæo celebrando deſtinata
Xaueriano Communionis Generalis Sodalitio lon
gam ſelectiſſimæ iuuentutis ſeriem præeunte, a
demum per claſſes in atrio coram Pontifice diſtri
butâ. qui Romani etiam Seminarij modeſtiam lu-
culen-

culentâ laude proſecutus eſt, cùm illud Baſilicas eaſdem inuiſeret. Idem fecêre trigeſimâ vice Germanici Hungaricíque Collegij contubernia ſingula: tum demum Collegium vniuerſum; cui gratiam addebat ipſe ſacer cultus, muſica, modeſta denique pietas, & matura.

§. III.

ADDVCTI AD FIDEM Catholicam.

9. COmmune quidem omnium, ſed maximum atque optimum Romæ hac in re cùm ſtudium, tùm operæ pretium fuit Collegiorum Anglicani, atque Germanici, ſeptem ferè capitibus Romæ, multis Laureti Eccleſiæ ſanctæ adiunctis. Inter 4. Anglos emicuit nobilis adoleſcentis conuerſio, qui cùm nec Devm vllum eſſe, ac animæ immortalitatem deliram fabulam putaret, non ſine acriore tamen quadam cogitatione metus animum derodentis, diu peregrinabundus, ac demum in ſeceſſu, lectione, atque lacrymis quærebat veritatem, poſteaquam defixum altè in cor ab Anglicano Rectore aculeum accepit. Nolebat vulnus denudare, ac per deridiculum verba dabat alteri Anglo Patri cum deriſore ſeria ſerióque agenti. Tandem diuino perculſus radio manus dedit, ad S. Andreæ conceſſit, ibi commentationibus & Sacramentis ritè inſtructus. In Angliam redux, factus eſt iſtic egregium Catholicæ rei firmamentum,

tum, ſorore, aliíſque ad fidem adductis: id, qu
etiam de patre ſuo Thoma Kitelteo ſperat. In mo
te Compatri, vbi ſeceſſerat, ſecum diuina vt expe
deret, S. Mariæ Magdalenæ altare in templo poſu
ac dotauit.

§. IV.

SACRAMENTA.

10. NVlli deſidioſo eſſe licuit à Sacramenti ad quæ Romam hic annus incredibile nationum variarum vim exciuit. Nec S. Petri Pœnitentiariorum ſolùm, quamuis illorum potiſſimus atque grauiſſimus, verùm omnium Patrum labor fuit. Fuêre, qui tametſi nati inter Catholico tamen Sacramentum Pœnitentiæ nunquam obi rant.

11. Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum a impij adoleſcentis iniuria vindicatum. Is neſci vnde didicerat luſoriam ſuam artem, cui magnope rè ſtudebat, ſibi è voto ceſſuram, ſi ad ludendum ſanctiſſimâ hoſtiâ inſtructus accederet. At vbi re ſuam nihilo feliciùs ire aduertit, ludificatione ill in rabiem tantam exarſit, vt adorandum Angeli Sacramentum in terram priùs horrendo ſacrilegio abiectum proculcârit, mox ad exaggerandam impotentis animi effrænationem, tibiale inter & calceum incluſum pedi ſubiectum, vt calcaret, tenuerit, rabidéque per contemptionem ſummam contentiùs premendo tractauerit. Et tamen potuit,

tuit, atque adeò voluit infinita DEI patientia etiam iſti tam indulgenter ignoſcere, vt ille ſe miro quodam rubore doloréque perfuſum ad quendam de Societate contulerit, eius conſiliis obedienter obſecutus, dolore fiduciáque tanto maiore, quanto maior ſacrilegij enormis diritas animum perterrebat.

12. Cuiuſdam è Florentino Collegio Patris induſtriâ ſacræ inquiſitionis tribunal reos habuit magos quoſdam. Etenim in Volaterrana Diœceſi Sacerdos notæ non vltimæ, Sacerdotes tres, nec paucos ruſticos, præſtituto die Pœnitentiæ ac Euchariſtiæ Sacramentis inſtructos in campum eduxit, initâ iam antea cum dæmone pactione, qui eo in loco abſconditi theſauri veſtigia ſignauerat. Ibi dum ruſtici fodiendo acriter deſudarent, Sacerdotes, non ſine ſacro ornatu, ſacrilego carmine dæmonem inuocabant, reſponſis quoque acceptis, quibus operi enixè inſtare iubebantur. Interea Sacerdotum vnus (& fortè, more dæmoni conſueto, is erat deuota victima pactionis) prolapſus in foueam, in omnium conſpectu horrendâ morte extinguitur. Quâ re ruſticorum vnus magnoperè, ita vt periculi magnitudo exigebat, perculſus, ad vnum è Florentino Collegio Patrem adit attonitus, & ritè ab illo edoctus tribunali ſacræ inquiſitionis rem indicat, ipſe indemnis: quare infelicibus illis, theſauro abſcondito non inuento, carceri mancipatis, nouo veteris experimento prouerbij *theſaurus carbones facti ſunt*.

13. Huc ſpectat Peruſinorum Patrum in diuinis accuratio atque modeſtia. Fuit inter Peruſinos vir nobilis, qui tametſi nullâ nobiſcum familiaritate vteretur, templum tamen noſtrum identidem inuiſebat. ibi cùm concinnum in aris & ſacrificali veſte cultum, Patrum inter ſacrificandum egregiam ac perpetuam pietatem, in templo ſilentium, decentem, ac religioſam in ſacro tribunali cum pœnitentibus grauitatem, tacitâ oculorum aſpectione, inſpectione, ac animi approbatione ſpectaſſet, domumq; redux teſtamentum, quod iam ritè confecerat, & ſignârat, reſciſſum voluit, & ſua Collegio deſtinauit; vt hæredem haberet, cuius decoris in templo moribus toties gaudebat ſe adeò delectatum. Hæc nimirum fuit dos religioſæ in templo modeſtiæ, ac vtilis ad omnia pietatis: vt proinde non ex vano hauſta videatur illa Romę audita vox, externorum quoſdam ad noſtrum templum, ad ſpectandos noſtros oculos & ora, quid in templo iis agamus, concedere.

§. V.

BEATISSIMA DEIPARA, S. Ioſeph, & Sodales.

14. HVius cæli Auguſtæ beneficentia in eo quoque luculenter emicuit, qui benè manè quodam die trepidus & anhelus ad Collegium Germanicum ad Noſtros accurrit, ſéque ad conſcientiam omni onere leuandam DEI Matris

ac SS^{mi} eiuſdem Sponſi Ioſephi ope tandē permotum narrans, dixit ſe illa nocte viſum ſibi fuiſſe ab infelicibus geniis ad æternum inferni barathrum pertrahendum, eò quòd iam diu à Sacramento Pœnitentiæ abſtinuiſſet: ne tamen præcipitaretur ad inferos, opem ſibi præſentiſſimam à Beatiſſimâ DEI Matre, Sponſóque illius Ioſepho allatam, peropportunè ſanè, cùm deſperanter actum iam ſecum putaret. Quæ res tantâ mentis, atque etiam corporis terrore concuſſi permotione acta eſt, vt dormienti ſudorem permultò maiorem quàm vnquā aliàs largè expreſſerit, ac terrorem etiam in experrecto ſalutarem reliquerit. Sit & hoc huius loci, argumentíque auctarium, quòd inter 23. alumnos hoc anno è Collegio Germanico Vngaricóque in patriam remiſſos hîc ſtudiis excultos, vnus gradu ſupremo Theologico, & Eccleſiaſticâ, quâ gregi Paſtoribúſque præeſſet, dignitate ornatus, nobili ad Sodales omnes exemplo, Româ (per millia paſſuum facilè 150.) Lauretum vſque ad auguſtam diuinæ Matris ædem pedes peregrinabundus abierit; vt documentum daret, quali auſpice ad patriæ ſalutem reuerteret, aliiſque præiret.

15. Maceratæ, loco vel ipsâ Laureti vicinitate felici, hoc additum priſtinæ ad colendam DEIparam pietati, quòd Sodales à Magiſtris edocti quotidie ſub meridiem finitis ſcholis Beatiſſimæ V. laudes ac Litanias primùm decantârint, inde ad templum, reddendarum DEO iſtic in Euchariſtiâ adorato gratiarum ergô, tum domum abierint.

16. Congregatio dolentis Virginis, cui in Collegio Romano à pietate nomen eſt, in generali quam per vrbem quot menſibus variis in templis celebrat communione, hoc anno facilè ſupra centum quadraginta duo millia capitum ad menſam Euchariſticam numerauit. Datum ſingulis numiſma piaculare cum indulgentiis plenariis; & ſcheda Sancti cuiuſpiam eius menſis virtute ac nomine inſignita. Eadem ab Innocentio X. impetrauit, vt claudi, cæci, & alij nonnulli, piacularis anni fructum conſequerentur, præſtitutis quatuor templis non trigeſies, vt alij, ſed ſemel viſitatis. Quæ ſacra pauperum ſupplicatio quâ pompâ ſit ducta, quâ Patris ac Sodalium charitate, quámque prolixâ liberalitate, vbi rediit, ad menſas omnibus appoſitas recreata, facilius eſt cogitare, quàm fusè deſcribere. Eiuſdem Patris hortatu Cardinales nõ pauci peregrinos lautâ domi liberalitate habuêre; ipſi miniſtrauêre; nec ſine piâ & liberali ſtipe, Sacerdotes verò non ſine dato priùs eorum pedibus oſculo, dimisêre. Quâ in re Collegij quoque Germanici charitas liberalis eluxit, cùm non deeſſet, qui ſuâ etiam ſeu fame, ſeu ieiunio, atque viatico, peregrinis opitulari vellet. Euchariſtica tridui ante-cineralium dierum machina ab eâ Collegij Romani, cui Generalis Communionis cura incumbit Sodalitate, nobili pietate viſendam exhibuit *portæ ſanctæ* imaginẽ, apparatione inſignitè illuſtri. vtraque, Profeſſorum nempe, ac hæc, laudem atque admirationem tulit; & fuit inuitamentum nobile pietatis.

§. VI.

§. VI.

DE S. P. IGNATIO, ET Xauerio.

17. EXercitia S. P. N. præter ea, quæ Ioannes Cardinalis de Lugo quotannis in Profeſſa Domo obire ſolet, magno in vſu fuêre, potiſſimùm variæ iuuentuti ad S. Andreæ. Fuit hos inter Nobilis Neo-Catholicus, qui domeſtico in Sacello vnà cum Nouitiis cæleſti pane paſtus, plures iſtic horas cum bono Deo tranſigebat. adeóque illo modeſtiſſimæ inter Nouitios pietatis ſpectaculo capiebatur, vt ſæpe internæ illæ redundantis animi deliciæ in dulces lacrymas ſoluerentur. Traxit ille in conſortionem ſanctam, ac exercitia, nobilem quendam hæreticum; cui ſacras inter commentationes diuina lux affulſit. quare in eo, quod à S. Vitale nomen ſortitum eſt, Nouitiorum templo palàm hæreſim eiurauit. Huic ſalubris fuit Nouitiorum cùm oratio, tùm exemplum. Nam cùm in illis eaſdem S. P. Ignatij exercitationes obeuntibus omnia miraretur, illo tamen ſpectaculo ſe magnoperè captum eſſe nõ diſſimulantèr oſtendit etiamnum hæreticus, quòd cùm ad illos inter orandum ſpectandos fuiſſet admiſſus, ad ingredientium ſtrepitum eorum nemo vnus vel caput, vel oculos aduertiſſet. Adeò vtilis eſt etiam in minimis & valdè vſitatis modeſtia, quæ etiamnum pergit eſſe ac dici concio S. Franciſci, & magiſtra tironum, ac

vir-

virtus verè noſtra, vtpote cui particulatim legiſla-torem Ignatium dedit DEVS.

18. Peruſiæ coniuges nobiles voto in S. P. Ignatij honorem nuncupato petitam à DEO prolem maſculam ſe obtinuiſſe læti, promiſſam voti ſponſione ſacrificalem veſtem, & aræ amiculum attulêre.

19. Florentiæ nobilis adoleſcens ab hoſpite nefario dæmone miſeris modis exagitatus, acceptâ à Confeſſario noſtro S. P. Ignatij imagine, Sacramenti ſponſione ſe obligauit ad ieiunium feſto S. P. Ignatij præmittendum, & ad ſacra myſteria ipſo die religiosè per omnem vitam obeunda, ſi eius ope liberaretur. Imaginem lecto affixam non ſemel ſub culcitra abſcondit dæmon; at ſequenti die ad migrandum ſe cogi faſſus, iuuenem liberum, & voto voluntario illigatum, gaudentémque reliquit.

20. Senis Monialis lipſanothecam ſuam artifici dederat, vt delapſas è loculo ſolito S. P. Ignatij reliquias reſtitueret, maculámque neſcio quam è vitro abſtergeret. Reddidit Cœnobij Confeſſario thecam artifex, cùm iuſſa exequi ſeu non poſſet, ſeu nollet. Ait Sanctimonialis, (ſi qua fides danda eſt credulæ nimioperè ac opinione ſuâ facilè thaumaturgæ apud fæminas pietati) Ignatiani pignoris particulam vltrò ſuo loculo nullius mortalium operâ repoſitam, maculámque de vitro euanuiſſe. Alterum ibidem geſtum faciliorem fidem inueniet. Exploratum enim eſt, Monialem admotis ad ſurdas

au-

aures, S. P. Ignatij reliquiis, breuì vſum aurium recepiſſe. Solidiora & nobiliora tamen ſunt illa S. P. Ignatij in Moniales beneficia, quæ paſſim in Cœnobiis illæ à Noſtris hoc potiſſimùm anno expertæ ſunt, dum earum plurimæ nonnullis in Cœnobiis ferè omnes vitam omnem Noſtris ad Sacramentum adhibitis Pœnitentiâ expiauêre; duabus etiam à dæmonis ludificatione ad veram virtutis normam & vias rectas reductis.

21. Cùm Ludouiſianum S.P.Ignatij templum, per ſanè nobili maieſtate inter prima vrbis templa viſendum, tametſi necdum abſoluta fabricæ, ac potiſſimùm turriti tholi, ſeu vt vulgò vocant, cupulæ, ædificatione, reliquâ ſuî parte iam diuinis celebrandis idoneum videretur, ipſo S. P. Ignatij feſto ritè expiatum, & octauo pòſt die apertum, ipſo artis eximiæ, planæ ac raræ ingenio, lautáque aulæorum, & quicquid ad maximæ cuiuſuis pompæ dignitatem facit, apparatione, vt cõmeruit, ſic etiam tenuit oculos vrbis confertim ad feſti noui gloriam affluentis. Princeps aræ maioris imago habet illam Chriſti Crucis baiuli ſupplici coram Ignatio, ſub æterni Patris Ignatium Filio vnicè commendantis benigno aſpectu effigiem, ac vocem auro ſubſcriptam: *Ego vobis Romæ propitius ero*: cuius & Crucis, & paternæ commendationis, & à Filio datæ vocis experimentum inter tot variè permiſtas viciſſitudines cumulatè cepimus capimúſque. Beatiſſimæ Virgini Annuntiatæ ſacellum datum: tranſlatóque in ſacellum nouum Beati Aloyſij corpori

ara,

ara, & epigraphe hæc appoſita: *Vbi olim cubiculum B. Aloyſij, nunc eiuſdem ſacellum & ſepulchrum.* Aiunt enim ij, qui id fideli memoriâ repetunt, iſtic omninò fuiſſe viuentis in Romano veteri Collegio Aloyſij cubiculum, vbi nunc illius corpus, ſacellum & imago eſt Aloyſium exhibens cum Angelo illi flagella, cilicia, & ſimilia corporis piè vexandi inſtrumenta brachio impoſita oſtentante. Illuſtriſſimam Romani Seminarij, feſtum multifariam nobilitantis, celebritatem, collucentem facibus candidis Seminarij faciem, bellica & muſica lætitiæ argumenta longè latéque audita, igneam eámque variam apparationem innuo potiùs quàm narro. Dignum oculis dedit ſpectaculum illa quoque flammeo charactere magnificè ſplendida epigraphe: *S. Ignatio Parenti Opt. Sem. Rom. repentinum obſequium D.D.D.* Reliquorum etiam dierum magnificentia maior fuit, quàm vt arctari breuitate noſtrâ poſſit, aut debeat. Ludouiſianæ familiæ decora 38. linguis ex vero explicata, quæ in Eccleſiam Catholicam, quæ in Societatem ab illa ſtirpe fluxêre. Adfuit magnum celebritatis auctarium ad initium ſecundarum veſperarum Innoc. X. Pont. Max. & ſpectatâ, quam dixi, maioris aræ imagine, ac templo, poſt fuſas preces interiora fabricæ contemplatus, gratulatúſque eſt impensè P. Horatio Graſſi tam nobilis fabricæ architecto. In templum redux, eam, quæ portæ magnificè imminet, epigraphen aſpexit. Ea ſic habet:

Ludo-

Ludouicus Cardinalis Ludouiſius S. R. E.
Vicecancellarius,
In honorem B. IGNATII
Societatis IESV Fundatoris,
Quem Gregorius XV. patruus inter Sanctos
retulerat,
Templum hoc à fundamentis extruxit.
Nicolaus Plumbini , & Venuſiæ Princeps
frater aperiendum curauit,
Auſpiciis
Innocentij X. Pont. Max. annum Iubilæi
M. DC. L. ſanctiſſimè celebrantis.

22. Anconæ perſtat, & creſcit egregia vrbis erga S. Xauerium propenſio, adeò vt piaculo ducant non pauci, ſi eius feſtum ieiunio non anteuertant. Sacellum quoque operâ viri nobilis Anconitano in agro conditum, atque hoc anno celebritate præcipuâ frequentari cœptum, Xauerianum vt nomen præſefert, ita receptæ à viro illo nobili ope Xauerij, quam Medici obnuntiantes iam pro depoſitâ pronuntiauerant, incolumitatis, eſt perpetuus teſtis ac index.

23. Firmi votiuas ex argento tabellas plures affixit SS. Ignatio, & Xauerio grata pietas. Aiunt graſſantibus latè morbis faces honori S. Xauerij accenſas, &, vnico excepto, nullum alium, qui eas obtulêre, morbo abſumptum.

24. Apud

24. Apud Biturgienſes vir nobilis idémque Doctor, argenteum anathema Romam ad P. Vincentij Caraffæ tumulum deſtinauit, quòd eius nomine implorato, vt filio inter dolores vitam acerbam extra Medicorum ſpem omnem agenti vel mortem celerem, vel valetudinem integram impetraret, puer paulò pòſt fuerit perſanatus.

§. VII.

MISCELLANEA.

25. IN Collegio Vrbeuetano Cardinalis Poli rogatu in templo Cathedrali hoc anno ad frequentem auditorem lectio Theologiæ moralis à Noſtro haberi cœpta. Quot menſibus item diſputatio habita, in qua Parochi, & Clerus omnis quicquid dubiorum occurreret, præſenti iſtic è Societate Patri proponeret explicandum. Miſſæ quoque ad Parochos quot menſibus quæſtiones conſcientiæ ab illis ſcripto ſoluendæ, quas Noſter poſtea expenſas enodabat: duobus etiam de Societate Synodali examini à Cardinale adhibitis.

26. Romæ in Scotorum Collegio libellus calumniis refertus, Religioſo quodam adnitente contra Rectorem confictus. Verùm Religioſus ille palinodiam cecinit ad P. Andreæ Leſſæi Rectoris pedes ſupplex; veniámq; petitam obtinuit. Iuuenum vnus, qui & ipſe calumniæ auctor fuit, febri ardente propè extinctus, cùm de ſupremis agi videret, culpam ſuam, & vindicis DEI pœnam agnouit: ſe

ſtruxiſ-

ſtruxiſſe calumniam falſus eſt, & breuì conualuit. Collegium quoque Germanicum, ſimilem id genus per literas ad Principes de alumnis quibuſdam datas calumniatorem, è ſuo albo proſcripſit.

27. Piſtorienſe Collegium in templo S. P. Ignatij nomine iſtic ad pietatem celebri fructum operæ magnum tulit. Sed vt non deſunt aduerſa proſperis interiecta, tulit etiam odia inuidorum; quos inter anteſignanus vnus miles nobilitatis & licentiæ non ignotæ ruri à germano ſuo fertur miſerè internectus, cadaueri quoque negatâ Eccleſiaſticâ ſepulturâ, non ſine approbatione ciuitatis vitam illi morti conſentaneam pernoſcentis.

§. VIII.

SYLLABVS MORTVORVM.

28. IN Prouincia Romana hoc anno hi diem obière: In Biturgienſi Collegio 5. Ianuarij *P. Dauid Locher* Heluetius Tigurinus, natus anno 161 2. & vigeſimo pòſt anno Societatem ingreſſus: in quâ ſeptem annos dedit erudiendæ diſciplinis humanioribus iuuentuti, præſtans ingeniorum animorúmque culturâ; Deiparæ Matri, orandi ſtudio, admirabili erga Superiores & confeſſarium obedientiæ impensè addictus. Per plures annos DEVM enixè precatus eſt, vt ex hac morte quantocyùs euocaretur ad vitam; vel, ſi porrò hîc viuendum eſſet, vt non viueret niſi ſanctus. Vnde illud illi non infrequens: *Aut mori, aut in ſanctum*

euadere. Putant nõnulli tam flagranter petitæ mortis factum diuinitùs priùs certiorem quàm compotem. id vulgò de illo increbuit, cùm etiam Medicus diceret, ſe áb ægro P. Dauide audiſſe: Nihil ſe de morte propediem affuturâ penitus dubitationis habere; obedienter tamen imperata facturum. Tenera illi conſcientia, neque ſine quodam priuilegio puritatis: effuſa charitas, & ſui ſancta demiſſio, cum ſui perſpicientiâ, contemptionéque iſtorum quæ æterna non ſunt. Honorificum Societati, gratum ſecularibus ad omnes exemplum. Quicquid placere ſibi aduertebat, negabat ſibi, niſi id concedere de maiore DEI gloriâ fore arbitraretur; corpore ieiuniis, flagris, ferreis catenulis aſſiduè cruciato. Collegium ingreſſo prima occupatio erat Chriſto in Euchariſtia ſe ſiſtere; vbi etiam penſum diuini officij perſoluebat. Nihil non enixè agere contendebat, quod Virgini Deiparæ iudicaret fore gratiſſimum. Sæpè illi in ore illud de ſuis quos docebat: Volo cum DEI gratiâ facere ſanctos hos pueros. id quod magna multorum admiratione totis verborum ac exempli viribus facere eſt connifus, magnâ illius iuuentutis felicitate. Vnde apud ciues amorem, venerationem, & ſancti nomen tulit: adeò vt è cadauere illius quidpiam carpere multi contenderent, quod piè aſſeruarent. Decedenti ſe ac ſuos magnoperè commendauit Iuriſconſultus quidam vir nobilis, dignúmque cenſuit, quem in eum hiſtoriæ ſuæ catalogum

in-

inſereret, qui eam vrbem ſuis cineribus, viri olim celebres, honeſtarunt.

29. Septimâ Ianuarij *P. Horatius Chiſellus* rectione Collegij Tiburtini & vitâ defunctus eſt. anno 1613. Romæ natus, & 1632. Societati, atque in hac poſtea profeſſis per 4 vota adſcriptus. Philoſophiam docuit Firmi ac Viterbij. Romæ 20. eiuſdem *P. Troilus Biſentius* Romanus anno 1587. natus,& 1605.in Societatem,demum 1624.in Profeſſorum numerum relatus, per 15.annos Rector. 14. Febr.in Domo Profeſſa è Patrum comitio abripuit præceps mors *P. Ioachimum Haman* pudiciſſimæ modeſtiæ virum, de quo in Rheno Superiore, n. 15. plura.

30. 15. Aprilis *P. Florianus Koſinski* in Pœnitentiaria S. Petri vitam clauſit, quam 7. Maij anno 1586. in Maſouia inchoârat, & cuius partem potiorem, à 15. nempe die Martij anni 1599. in Societate cum egregiâ religioſæ ac ſuauis indolis laude poſuerat. Docuit, præter alia, Philoſophiam 6. annis, moralem Theologiam 12. ab anno 1624. quatuor vota profeſſus.

31. *P. Ioannes Iacobus Neri* Romanus, Iuris vtriuſque Doctor,Societatem anno 1645 ingreſſus, Romani Seminarij Procurator obiit 26. Aprilis. Qui idem dies confatalis fuit *P. Iacobo Vina* Heluetio Friburgenſi anno 1605. nato, 1622. Societatem adepto, 1640. quatuor vota profeſſo. qui Philoſophiam duobus,Matheſin octo annis nauiter in Scholis perdocuit, vir vndequaque religiosè com-

poſitus. Peruſij verò, vbi anno 1560. natus fuerat, obiit *P. Dionyſius de Oddis*, in Societatem anno 1583. adlectus, Coadiutor formatus, miniſtri, & Præfecturæ apud Sodales officio perdiu functus.

32. In Domo Profeſſa 3. Maij *P. Georgius Ciſlak* Sileſius ab anno 1602. in Societate quà domeſticus, quà Prouinciæ, quà denique Romæ Poloniæ ac Lithuaniæ Procurator. Coadiutor formatus. Mores illi ad maturam nec tetricam pietatem compoſiti, perdiuturna oratio, & mira pietas in vrbicis religionis ſanctuariis inuiſendis. Pluribus ante mortem annis familiariter dixerat duobus Romæ Patribus, quorum fides ob doctrinam, & morum religioſorum integritatem vndequaque perſpecta eſt, ſibi in Lithuania ægro, per quietem ſeu vocem ſeu quiddam voci perſimile, vt ſolent audire, qui ſomniant, oblatum; quâ voce reddi videbatur certior, fore vt morbo illi ſuperſtes Romam deſtinaretur, & iſtic piacularem annum celebrari videret, ac vitam finiret. Hæc non priùs credita, quàm euenerint. Etenim & Romæ anni ſancti celebritatem vidit, & cùm iam ad ſuam Prouinciam remittendus vaſa colligeret, è vitâ priùs quàm Româ diſceſſit.

33. Ibidem 1. Iulij ſupremus inter mortales fuit *Conſtantio Biello* è ſorte Marthæ nauo, & ſponte ſua culinæ officiis perſeueranter addicto. Viſus eſt perfrequenter veſperi, poſteaquam alij cubitum conceſsêre, ſe ad chorum recipere, atque illic flagris in ſe acriùs deſæuire.

34. Duos

34. Duos prætereà Maius extinxit, 4. die Anconæ *P. Octauium Bartolinum* Coadiutorem ſpiritualem ab anno 1622. in Societatem receptum, Romano in Seminario peruigilem iuuentutis illius cuſtodem; poſtea Anconæ Procuratorem. 19. Maij Romæ *P. Ioannem Baptiſtam de Rúſchis* Brixienſem, qui anno 1595. natus, nomen Societati dedit anno 1611. profeſſus 4. votorum, Romæ Rector Collegij Hibernorum.

35. 29. Sept. Romæ, vbi anno 1583 natus fuerat, & Societati anno 1602. adiunctus, Deo animam reddidit *P. Hieronymus Cibò* Montiſpolitiani, & Recineti olim Rector. Grata quædam & reuerentiæ plena in illo modeſtia, & mores religioſi ac nobiles eluxêre.

36. Ibidem obiit *P. Goffredus Fardella* Drepanitanus ætatis anno 36. ſi quis alius perattentè ſtudioſus eximiæ paupertatis. quare ne matrem hanc ſanctam offenderet, ne quidem coronam ſibi à Matre miſſam, quod hippocampina, ſeu ex equo marino, eóque pretioſior eſſet, habere voluerit. in cubiculo præter Breuiarium repertum eſt nihil.

37. Laureti *P. Iacobus Remburgh* Aquiſgrani anno 1616. natus, & Societatem anno 1637. ingreſſus deceſſit in Decembri. Singularis quædam in illo virtutis lux emicare viſa in moribus, & par in morbo patientia. Viaticum miro quodam inſtinctu perpulſus petiit, cùm periculum ſubeſſe non crederetur, & aliquot poſt horas viuere deſiit.

38. Ibidem viuendi finem inuênit *P. Camillus Gocus* Senenſis anno 1582. natus, in Societatem anno 1598. inter Profeſſos 1617. cooptatus: in Monte ſancto, Senis, & in Collegio Illyrico Rector. paupertas, in ſacro tribunali aſſiduitas in illo præcipuæ fuêre: quódque in Societate inter pulcherrima diſciplinæ domeſticæ ornamenta eſſe ſolet, id ille habuit cumulatè, quòd ad omnem diſciplinæ amuſſim emendatè ac perquiſitè ſe ſe componens omne punctum tulerit pulcherrimæ accurationis.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ ANGLIÆ

M. DC. L.

1. PRouinciæ Anglicanæ, Sacerdotes trecentos, alios 57. complexæ, fœcunda fuit accuratio animarum, in rebus etiam variè perturbatis. Sicut halcyon, *quando maximè inſurgit mare, littoribúſque vehementior fluctus illiditur*, (*S. Ambr. hexam lib. 5. c. 13*) partus nouos fouet; ita ferè, cùm reliqua Societas, tùm verò hæc prouincia, & iis qui rectè ſentiunt inter tot regni turbamenta ſeruandis, & nouis Chriſto vſque adhuc parturiendis eò incumbit intentiùs, quò contra *circumſtans peccatum*, (*Hebr. 12. 2.*) & hæreſim veteratoriè omnia permiſcentem, ſentit cæleſti quadam charitatis quaſi antiperiſtaſi ſe acriùs perurgeri.

§. I.

NOTABILES AD FIDEM Catholicam reuerſiones.

2. INter 360. & plures, qui ad ſacra Catholica in Angliâ rediêre, fuit energumena in miſſione Londinenſi, quæ ſimul hæreſim reliquit, ſimul à dæmone inquilino relicta eſt; quaſi ſubla-

to titulo, ſuo ille ceſſerit dominatu, dicente Ambroſio: (*in Apoc. c.9.*) *Certum eſt omnibus, hæreticorum principem eſſe diabolum.*

3. Fuêre inter eos, etiam decem nobiles, & magni nominis viri, & quidem in eo rerum ſtatu, in quo prænimis arduum videri poterat, etiam in ſuſceptâ olim religione tenere cõſtantiam, cùm ad faciendam fortunarum iacturam è Senatuſconſulto, vt vocant, Parlamenti, tam nobilioribus quàm mediocris fortunæ familiis abundè ſufficiat *in titulum ſceleris*, eſſe Catholicum; quam Chriſtianorum ſortem fuiſſe olim apud Gentiles Tertullianus in Apologetico præclarè conqueritur.

4. Certè Cantabrigiæ vir Academicus, magnis ingenij dotibus apud ſuos amantiſſimus, cui odium permagnum peperit agnita veritas Catholica, hanc ſuorum amori, opibúſque præhabuit. Hoc tamen è conuerſorum cenſu fuit quidam de ſubſelliis concionalium miniſtrorum, qui quantâ olim hæreticus authoritate pollebat, tanto illos mœrore affecit factus Catholicus.

5. Neque defuêre, quibus charitas iter ad ſalutare Dei aperuit. Scotos adoleſcentes duos, poſt longas militaris carceris ærumnas miſerrimè ſqualidos, procurata noſtrorum Audomarienſium operâ libertas, & liberalitas, ad fidem illam pellexit, quam experiebantur adeò piè adeóque germanè per charitatem operari. Quæ ipſa piæ charitatis germanitas, vt olim Pachomium, ita duos etiam Anglos Audomari ad vnicæ veritatis caſtra perduxit,

xit, cùm viderent quendam è Societate Sacerdotem ſemel, iterum, ac tertiò ad Noſocomium quot hebdomadis aduolantem, & effusâ quadam ſuauitate propenſæ voluntatis, ac pulcherrimâ nationum exæquatione, Hiſpanos, alióſque vtrâque corporis, animíque ope adiuuantem; & qui necdũ Pœnitentiæ Sacramento expiati eſſent, de aliis ab aliis reſciſcentem; ac pro ſalute omnium officioſè atque amicè ſatagentem. Eâdem operâ ibidem in lucrum venit quidam, cui error exemptus eſt, quo à Sacramentis conſtituerat penitus abſtinere: & verò ſextum iam annum etiam abſtinebat, non tam peccatis quàm peccatorum imaginibus, ac tricis errantis turbidæ conſcientiæ præpeditus.

6. Sed & haud parùm aduerſæ partis animos vulnerauit, ac orthodoxis tantundem authoritatis conciliauit viri cuiuſdam, quàm illuſtri genere atque prudentiâ ſpectati, tam fidei Catholicæ, ac Societati nominatim infenſi, ad Catholica Sacramenta paulò ante mortem obitam facta tranſgreſſio: quæ vel ex eo plus fortaſſe videri poſſit habere admirabilitatis, quòd fuerit Noſtrorum è Collegio S. Xauerij ſtudio procurata. quæ res adeò valuit ad exempli facilitatem, vt multos heterodoxorum deinceps experti fuerimus erga nos mitiores.

7. Huic demum Catalogo accenſendus eſt ille hæreticus, qui ſupremo in morbo fratrem natu maiorem, & in Catholica olim familia educatum impensè rogauit, miniſtrum talem vt accerſeret, cui poteſtas eſſet peccata ligandi atque ſoluendi,

aiebat enim ſe, niſi expiatis vitæ anteactæ noxis, mori non poſſe. Falleris, aiebat natu grandior fratri ægro, falleris, mi frater, ſi miniſtrum tali putes præditum poteſtate. Imponit ille incautis; ac propriam Romanæ tantùm, Catholicæque religionis Sacerdotibus poteſtatem ſibi arrogat. Si voles, talem acciri, fecero, qui eâ verè polleat poteſtate, ſerie iam inde à Chriſto per Petrum eiúſque Succeſſores, abſque interpolatione, deductâ, & hucuſque porrectâ. Hic verò hilarè, ac inuſitato gaudio geſtiens æger: Enimuerò talem, aiebat, ego, talem expoſco. Eccur hactenus de hac re, vnde ſortis meæ pendet æternitas, me celaſti? Ille, quæſo, ipſe veniat, vt verè expiatus expirem. Mox à pia fæmina Catholicæ fidei rudimentis inſtructus, euocato è S. MARIÆ Reſidentiâ Patri, peccata ſæpiùs ritè confeſſus, pharmaco immortalitatis tantiſper etiam ab inualetudine ita recreatus eſt, vt quaſi pactis cum vita & morte induciis, reliquos aliquot vitæ dies in lucro poſuerit, quòd cæleſtem Angelorum annonam in Euchariſtico Sacramento potuerit ſæpiùs hilarandæ migranti animæ vſurpare. Inde ingraueſcens iterum valetudo, luctæ vltimæ ritè vnctum, nec inuitum, morti conceſſit: & nobis non ex vano ſpes oborta eſt, fore, vt ſicut credidit ipſe; ita etiam hac tam exquiſitè piâ fratris morte perculſus maioris fratris animus, in domo ſuâ fraternum hoc exemplum otioſum eſſe non ſinat.

8. Illud in Antonio Roano viro non quidem

igno-

gnobili, ſed à virtute ac fide apoſtata, poſtea pœnitente, diuinæ prouidentiæ fuit nobile paradigma. Is cùm vxorem nec natalibus, nec dote, nec moribus nobilem, per inconſiderantiam, ebrietatémque duxiſſet, à crapulâ experrectus, nil earum, quas opimas valdè ſperabat, fortunarum inuênit. Vxor interea è temulentiâ in morbum, ex hoc in mortem tertio à nuptiis die incidit. quocirca Roanus in porrecti vxori veneni ſuſpicionem vocatus, in carcerem, atque inde ad tribunal ab vxoris propinquis abreptus, re diu expensâ, cùm innocens putaretur, tamen à Duodecimuiris, & à Iudice perinuito, nec niſi vi adacto, vbi decretoriâ ſupremi ſupplicij ſententiâ damnari ſe audiuit, elatis in cælum ſuppliciter manibus, exclamauit DEVS ſanctus me à vobis, & à veſtra religione defendat! Fidem Romanam ego iam olim turpiſſimè deſerui, & veſtræ militiæ me adſcripſi deſertor apoſtata. Hoc ſcelus iuſto DEI iudicio me reum facit. Retruſo in carceres Antonio res latè fuſa etiam Noſtro innotuit: qui cùm omnem ad Antonium aditum ſeuero mandato interclusum eſſe audiret, ac ſanguinarium barbari cuſtodis genium, præcepto etiam accedente, duratum, aduerteret; vtendum ingenio ratus, literas primùm ad Antonium dextrè ſubmittit, in quibus illum ad ſeriam ſanctámque in ſuſcepto Catholicæ religionis propoſito conſtantiam, appoſitis hortamentis excitat, animátque; liberaliter ſimul ſuâ illi ad opem ferendam operâ adpromiſsâ. Id quod etiam per famulum Præfecti cuſtodiæ, au-

ro in conſilia pellectum, empto ad Antonium clam ingreſſu, ex animi ſententiâ dextrè perfecit. Ibi Pater, præſente in laxo illo reorum ergaſtulo Præfecti vxore, ac fila ducente, diſſimulator haud inexpertus, Antonium dolentiſſimo animi ac verborum ſenſu omnia vitæ anteactæ commiſſa inter vberes lacrymas ſingultientem audiuit, atque abſoluit; magnâ DEI optimi voluntate, quòd coram illâ eiuſdem cum marito genij fæminâ, res adeò diſſimulanter peracta ſit, vt id quod erat illi in mentem, non venerit ſuſpectare, ac prodere. Addidit in digreſſu Pater innocenti reo ea conſilia, quæ temporis, loci, cauſæ, ac propinquæ iam æternitatis ratio poſtulabat. Sic Antonius reliquos vitæ dies ac noctes, dignis pœnitente animo ſignificationibus duxit vſque ad ſupremum diem, quo ille fronte hilari, ac veſte quaſi nuptiali cultior, cùm ſupremum ſcalæ fatalis radium conſcendiſſet, renidente aſpectu, brachia in crucis modum expandit, & reconditum diuinæ pietatis arcanum gratus agnouit, DEVM ſanctè conteſtatus, quòd licèt veneni vxori porrecti nunquam reum, reum tamen deſertæ per nefariam perfidiam fidei, ac ſcelerum plurimorum, ſupplicio illo infami, ſed animæ ſalutari, manu planè paternâ corriperet. Ad extremum, ore ad populum amœniter exporrecto, vbi ſe omnibus iis, à quorum ſuffragatione moriebatur, Iudici, Duodecimuiris, carnifici, omnibus aliis, voluntariò & libenter ignoſcere lætus dixit, ſubductis ſcalis, cùm funis toti corporis appenſi

pon-

ponderi ferendo par non eſſet, abruptus eſt,& An-
tonius graui lapſu pronus in terram fronte impa-
ctâ corruit, ſui iam parùm compos. Interea tamen
dum reſtim aliam ex vrbe quingentis paſſibus diſ-
sitâ ferret lictor, ſibi reſtitutus Antonius, fixis hu-
mi genibus,& erectis oculis,manibúſque in cælum,
expectauit: ac iterum in altum ſublatus, pependit
quietus, & ſine vllo violentiæ ſigno. Mox fune
reſciſſo in paratam foſſam deiectus eſt, dubium vi-
uúſne an mortuus: nam non defuêre,qui dicerent,
etiam in ſcrobe iacentis auditos fuiſſe gemitus, at-
que ſuſpiria. Fuit hoc & Noſtris diuinæ prouiden-
tiæ admiratoribus, & Angelis de reſipiſcente pec-
catore inſigne gaudium, & DEI miſeranter ple-
ctentis, atque aliud ex alio, bonum è malo, edu-
centis illuſtriſſimum documentum.

9. Suauiore compendio ad mentem, & deſer-
tam fidem rediit vir claræ ſtemmate proſapiæ,quã
vitâ illuſtrior: cuius immodicæ in viuendo licen-
tiæ, quia cum Catholicæ fidei rationibus, æterníſ-
que quaſi axiomatibus non benè conueniebat,hoc
etiam licere ſibi voluit, vt fidei potiùs integrita-
tem, quàm inquinatorum morum corruptelam
exueret. Cum hoc è Deuionenſis Miſſionis com-
militonibus Patrum quidam fortè per iter eodem
hoſpitio, atque adeò cubiculo receptus, cùm in-
dormiſſet, contubernalem illum illuſtrem virum,
in hæc verba, quæ è literis recito, per quietem ſibi
alloqui videbatur: Illuſtris Domine, pudet me
ſortis tuæ miſerandæ. Videris ſcintillulas aliquas
Catho-

Catholicæ religionis etiamnum vel inuitus, in pectore tuo retinere. Imò certò mihi perſuadeo, te aliquando palinodiam cantaturum : nam in toto vultu videor videre morum aliquam reformationem. Caue tamen, ne in longum tempus trahas: nam breuì ex nimiâ licentiâ incides in grauem morbum. Tunc, vide ſis, Sacerdotem quamprimùm accerſe; & reuertere ad fidem, quam temerè deſeruiſti. Vltima hæc dabitur tibi ſalutem operandi occaſio; quam ſi prætermittas, nullam deinceps aliam reperies. Manè Pater cùm totam piæ noctis imaginem ipſi, quem ſibi allocutus dormiens videbatur, explicare vellet, iámque ipſum abiiſſe deprehenderet, nobili fæminæ hoſpitis illius affini, & hæc ipſi poſtea rem omnem perquiſitè percenſuit. At ille vitio humani ingenij, quod in iis, quæ placent, inquies atque indomitum eſſe amat, verſutas eſſe has nugas, ac technas callidè conſutas inſomnij à ſomnioſo illo veteratore confictì dixit, & liberaliter riſit. Vbi autem illum haud ita multò pòſt vino proſtratum febris ardentior occupauit, ſobriâ tandem voce poſt crapulam : O quàm verum, aiebat, fuit illud inſomnium! Iam agendum, non prolatandum, omni deinceps comperendinatione abruptâ. Catholicum ad me Sacerdotem acciri confeſtim volo, vt ne me mors extra primum ac vnicum charæ matris Eccleſiæ ſinum deprehendat, & ſepeliat in inferno. Adfuit pœnitenti ſine morâ Pater, & cæleſtis numinis admonitu potiùs quàm ſomnio rem actam impensè

læta-

ætatus, Eccleſiæ reſtitutum, Sacramentis Catholi-
cis ritè communiuit, pauculíſque quibus adhuc in-
ter mortales egit diebus, illum ad ſupremum de-
cretoriæ horæ tribunal omni apparatione compo-
ſuit: lucrum tanto lætandum magis, quanto ma-
gis arduum eſt eos, qui *bonam conſcientiam repellen-
tes* (*1. Tim. 1. v 19.*) è Petri nauicula æſtu volupta-
tum præcipites, *circa fidem naufragauerunt*, redu-
cere.

§. II.

CATHOLICORVM ARDOR.

10. NOn minor hîc propè iis, quæ parta ſunt cõſeruandis, quàm quærendis nouis cura eſt impendenda, neq; indormiendum tempeſtati. Aduertendum impenſiùs ad egentiores, vt etiam ſubinde corrogatæ ſubſidiariæ pecuniæ ope iuuentur; alij verò vario eorum quæ aut iam patiuntur, aut adhuc metuunt leuamento, & Sacramentorum frequentatione, velut annonâ, in mari turbato foueantur. Nec deeſt non impar operæ pretium. Certè, vt Wattenenſis Probationis Domus inſtar ſit omnium, tanta iſtic ad templum decori veteri ac ſanctitati reſtitutum eſt populi confertè confluentis frequentia, vt non vana eſſe opinatio cenſeatur, etiam in alto antiquæ in patria pacis flore, cùm decuplo tanto plures mortales, quàm quanti nũnc ſunt, vicinos circùm pagos incolerent, vix tot ad Sacramenta, quot nunc affluunt, aduentaſſe.

II. Iam ad arduum in Anglia quaſi-marty-rium fortunarum, ad rapinam bonorum cum gaudio ſuſtinendam, ad voluntarium in patria exilium armati alij, digni aureâ illâ Eccleſiæ naſcentis ætate heroës; & is qui etiam in conſtantem virum cadens vocatur timor, maiore timoris & amoris DEI clauo confixus. Certè cùm illuſtrem fæminam iuſtitiæ Præfectus quidam quaſi per amicitiæ officium inuiſens, dolenter affirmaret, ſe inſtar vnius è nuntiis ad Iobum in occaſu felicitatis ſuæ poſitum venientibus aduenire, vt nuntiaret id, quod à fideli & amico ore didicerat, fore vt condito iam ſenatuſconſulto breuì propalàm affigendo, fortunis omnibus proſcripta miſerum in modum excideret; illa, ad hæc exaggerato ſupra ſexus illius ingenium, & in æterna fortunæ manſurę bona intento animo, nihil conſternationis admiſit; verùm nobilitate ingenitâ: Ego verò, aiebat, optimum omnium fortunarum authorem DEVM flagrantiſſimè deprecabor, vt mihi cum hoc meę gazę naufragio, ac futilitatis humanę experimento, ſicut afflictam Iobi fortunam oſtendit, ita opulentiſſimam Iobi patientiam largiatur. Ne quid tamen à ſenatuſconſulto illo iacturę acciperet, contenta hac eius animi liberalitate diuina bonitas interceſſit.

§. III.

§. III.

DE BAPTISMO, ET EXTREMA Vnctione.

12. AD aſſerendam rerum fidei noſtræ authoritatem faciunt, quæ ſequuntur. Luſtrali Baptiſmi Sacramento cùm alios quampluri-nos, tum etiam non paucos hæreticis natos paren-ibus initiauimus; cùm infelix natio miniſtrorum ioc Sacramentum vel irritum faciat ſceleratâ i-gnoratione, aut nefariâ in iis, quæ neceſſaria ſunt, oro libitu adhibendis obſtinatione; vel per ſcele-tam negligentiam contemptionémue, illam ope-am præſtare paruulis perſæpè detrectet. Vnde eò ætior quò tenerior atque ſecurior ſæpè nobis mi-grantium in illis vitæ primordiis paruulorum, aliàs oeriturorum, in cælum meſſis aſſurgit.

13. Contrà verò in Miſſione Northamptoni-enſi mos obtinuerat, vt minoris fortunæ Catholi-ci Matrimonia, & Baptiſmum in Synagoga Satanæ celebrarent. Noſtri aduerſus torrentem hunc turbi-dum nequicquam conati, cùm nihil poſſent, vnus tandem minaciter aſſeuerauit, ſe cum illis dein-ceps eſſe nec poſſe, nec velle, niſi abſiſterent. Annu-ente Patri plerâque concione, fæmina cæteris per-uicacior animum obſtinauit, vt ea, quam iam tunc vtero gerebat, & paulò pòſt in lucem effudit, pro-les, quicquid Noſter, ac etiam maritus contrà ni-teretur, ab hæreticis Baptiſmo expiaretur; Noſtro

re infectâ digrediente, ac non turbulentè, ſed ſolicitè dicente, vereri ſe, ne iſti inſolentiæ malè inceptum omittere obſtinatè recuſanti non tarda è cælo vindicta incumberet. Non vaniloquentiam, ſed vaticinationem fuiſſe res oſtendit, cùm infans eo die ſanus ac valens, incipiente die altero in cunis repertus mortuus illætabili experimento docuit, matrem vel ſerò tandem ſapere, ſanctè veniam implorare, damnare ſuam peruicaciam, pollicerique ſanctè, nihil ſe deinceps aliis offendiculi præbituram.

14. Si quid autem piorum coniecturis tribuendum cenſeamus, lætâ cum admiratione acceptum eſt iſtud, priore iucundius. In quadam Walliæ miſſione inter quindecim extremo chriſmate inunctos ad mortem fuit puella nouennis. hanc intra biduum iliacis ac viſcerum cruciamentis eò iam vſque deductam, vt nec videret quicquam, nec ſui compos eſſet, omnis vitæ ſpes deſtituerat. Verùm à ſacrâ, & etiam hîc medicâ Extremæ Vnctionis vi non tantùm intercalarium reſpirandi à doloribus tempus datum, verùm dolores ipſi ita emolliti, aut potiùs fugati ſunt, vt neque ſæpiùs quàm bis, neque tam acres redierint, & ipſam à Sacramento conſanuiſſe gratulabundi omnes agnouerint.

§. IV.

MISSÆ SACRIFICIVM SALVTARE.

15. QVædam pertinaci, & ſpem iam per diuturnitatem vincente morbo propè in mor-

mortem contabuerat: cúmque vndique, vt ferè in naufragio fieri amat, leuamenti aliquid accerſeretur, pia quæ fortè perplexis illis domeſticorum turbamentis aderat fæmina ægrę puellę parentibus, tametſi minimè orthodoxis, affirmatè aſſeuerauit, admodùm nihil ſupereſſe malo morti tam propinquo præſidij, niſi à Miſſæ Sacrificio more veteri celebrato. Nec inuiti prouiſu tam præſentis exitij annuêre. Sacris operatus eſt è S Xauerij Collegio Patrum quidam, & remiſſam confeſtim morbi breuì profligati vim, teſtibus puellæ affinibus, non longo temporis interiectu læta eſt ſanitas conſecuta.

§. V.

DE AQVA, ET IGNE MIRO ſimile.

16. AGe nunc ad rerum ſacrarum reuerentiam ab aquâ & igne ſuffragationem accerſamus. In eiuſdem Collegij miſſione, fæmina dum ad flumen pannos elueret, repentinâ veluti ſideratione afflata, & totâ facie diro, tumidóque nigrore ſqualidiùs inuoluta, tetrè inhorruit. Aderat inexpectato ſpectaculo vir crebrâ exomologeſi apud nos frequentior, qui trepidæ atque attonito ſtupore defixæ author fuit, vt faciem aquâ ritu Catholico expiatâ perſpergeret. Annuit illa extemporali conſilio; & die poſtero facies illi iam non heſterna apparuit, verùm poſito ſenſim illo, quo heri adeò inconditè ac monſtroſè defor-

mis erat tumore, colori eſt priſtino integrè reſtitu-ta. Hoc de aqua.

17. Ignis verò in agro Pembrocenſi videtur religioſiùs egiſſe, quàm id ab elemento illo ſperes. Erat in ciſtâ ſacra ſupellex altaris & Sacerdotis incruento ſacrificio operantis cultus totus, nec non lintea ritè verbis ſolennibus initiata in ſacros vſus: at hæc aliis non ſacris, quæ in ciſta fuêre, ita erant indiſcriminatim permiſta, quemadmodum ij aſſeuerant, qui ſingula inſpexêre, vt aliud ab alio, niſi rei conſcius, nemo dignoſceret. Hanc ciſtam vicinus fortè ignis in flammam erumpens pertinaciùs, quàm vt euolui poſſet, corripuit, ac totam luculento inuoluit incendio, ipſa breui ciſtæ viſcera perbacchato. Reſtincto tandem igne ab iis, qui trepidi accurrerant, iidem ſemiuſtulatam, ſeu exuſtam potiùs ciſtam diligenter examinant, & nouæ rei admirabilitate ſuſpenſi, deprehendunt, quicquid profanæ ſupellectilis iſtic erat rei ſacræ permiſtum, id omne penitus igni ceſſiſſe in prædam, iis tantùm, quæ ſacris vſibus addicta, & luſtrata erant, prorſus integris & illæſis, tametſi abſque vlla interiecti loci intercapedine, indiſcriminatim, vt diximus, eſſent aliis intermixta, quæ igni omnia & ſola in ſpolium abiêre, tantâ rerum ſacrarum quaſi notitiâ & reuerentiâ, quaſi religione tactus ignis à ſacrilegio abſtineret, ac in aliud furenter ſæuiret, alij reuerenter parceret, aliúdque ab alio religioſè diſcerneret.

§. VI.

§. VI.

NEGLECTI FESTI POENA.

18. Etiam dierum ſibi ſacrorum ſanctitatem tueri ſe oſtendit Devs, qui etiam in hoc temporis ſibi dicati holocauſto rapinam odit. Superiorum annorum turbamentis id quoque acceſſerat, vt & in feſta ſenatuſconſultum ſtringeret iram ſuam, excepto Dominico tantùm die: De feſtis verum fuit dolenter dicere illud Pſal 73. *Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.* Eapropter, ipſo naſcentis Chriſti die cùm Domino ſuo ita volente, iubente, famuli quæſtui faciendo, ad ſeruiles operas, iunctis robuſtis duobus equis currum educerent, equi ambo, ſani quantumuis & planè integri, eueſtigio mortui corruêre: & lucri quæſiti loco in damno ſuo Dominus vindicis Dei manum agnouit.

§. VII.

BENEFICIVM GEMINVM IN GRAtiam animarum purgantium.

19. Scripſerat Rector Anglicani apud Leodienſes Collegij ante annos nō ita multos tractatum *de miſericordiâ fidelibus defunctis exhibendâ* Hunc è Colonienſibus Typographis vnus quiſpiam cùm euolueret, legerétque, nullum eſſe præſentius artificium ad quiduis à Deo impetrandum,

dum,quàm ſi egregium aliquid fiat in illarum ſubſidium animarum, erat id ei tempori perſanè opportunum, & pro ægri quadriennis filij tunc periclitantis leuamento hac arte quærendo pergrata hortatio. Ergo manè conceptâ è libello ſpe ardens, templum & ſummam iſtic aram adiit, ac: Domine, DEVS, inquit, ſi numini tuo benefico ac diuino placuerit filiolum meum priſtinæ reddere ſoſpitati, voti reus ero, vt centum libellos *Tractatûs de miſericordia fidelibus defunctis exhibendâ* gratìs viris Religioſis ac Eccleſiaſticis donem; quò eius lectione plures ad liberalem erga defunctos miſeratione͂ excitentur. A templo ſub ipſum prandij tempus domũ reduce Patre, paruulus, qui à diebus facilè quatuordecim nihil ſolidum in cibum admittere poterat mox aliquid guſtare magno ſuorum gaudio, & creſcente Patris fiduciâ cœpit; poſtero autem die iam è lectulo ſurgere, atq; ingredi; tum liberaliùs cibum admittere, & denique conſaneſcere, ſpémque Patris implere. quocirca centum libelli fideli voto diſtributi. Eâdem artis eiuſdem fiduciâ paulò pòſt vxori à medicis planè depoſitæ, atque à domeſticis deploratæ idem typotheta promiſſis ducentis eiuſdem libelli exemplaribus ſoſpitatem impetrauit. Nam ſtatim à voto facto ex æde ſacra redeunti nuntiatum eſt faciliorem iam redditam vxoris valetudinem. Breuì rediit vox, & ſermo: poſtero die magna propinquæ ſanitatis indicia gaudium cumulauêre, quod etiam breuiſſimo pòſt tempore plena fæminæ valetudo impleuit. Ita ille

ma-

matrem & filium, mortuorum ope à propinquæ mortis portis reduxit, libelli argumento experimentis his ſuis & ipſe addendus.

§. VIII.

HOC ANNO M. DC. L. VITA iſtic functi.

20. HIc annus Londini 3. Febr. *P. Richardo VVhitlæo* emeritæ inter labores ætatis viro, & iam ſex propè annis annum ætatis ſexageſimum ſupergreſſo, ſupremus fuit. Hic in Wallia per annos complures, vel ſupra vires laborandi auidus, nunquam hebetatâ virtutis acie, multâ æquabilíque conſtantiâ, plurimâ voluntate, ad exantlandum, quicquid arduum ſe offerret, promptus, tandem requieuit à laboribus ſuis. Opinio eſt, nec ex vano hauſta, illum illibatam ab omni labe mortali ſanctæ innocentiæ gloriam inter tot integritatis diſcrimina conſeruaſſe: vt proinde quaſi *bis ſeni* illi fuerit *ætas ſenectutis vita immaculata*.

21. Altera iunior, ſed lauta & hæc cælo victima ibidem 11. Auguſti cecidit *P. Matthæus Bazier*, ſeu *Grimes*, Rothomagenſis Gallus. Hic etiamnum adoleſcens in perilluſtris viri Angli, cui ſe addixerat, domo, Societatem vt noſſe didicit, etiam æſtimauit, & verò impetrauit. A tyrocinio, à ſtudiis, ac tertio probationis anno, paulò mox in Anglia totum ſe in flagrantiſſimam animarum negotiationem effudit. Atque hoc ipſum, quod Anglus non

eſſet, non in laxamentum ardoris, verùm in zeli maioris argumentum conuertit, vtpote cùm animarum natio non alia ſit quàm DEI; & cùm ſe, quippe Gallum, contra Catholicos fulminantibus legibus Anglicanis obnoxium non eſſe perſpiceret. Quare tanto liberaliore impigritate, quanto minore periculo conceptam de ſe pulcherrimam expectationem implere, augere, ac ſuperare pergebat, paratus in omnes, at in egentiores potiſſimùm, plus quàm ſolitâ quadam alacritate, omnem ſuam operã, citra vllam ſuî parſimoniam diſpertiri; aditum etiam ad pauperum animos, quaſi per viam argenteam, eleemoſynis aperiens: æqualibus facile, Superioribus tractabile, omnibus amabile, ac in omnium commoda vigilanter intentum ingenium. Atque licèt aliud ex alio illum ſæpiùs impediret, ille tamen, quâ erat animi ſagacitate, nõ infrequenter veteratorios exploratorum caſſes dextrè declinauit, & reliquum vitæ in lucro poſuit ad emolumentum fidelium. Tandem denique ab iis, qui Sacerdotibus attinendis vndique imminent, captus, & carcere clauſus eſt vt Sacerdos; cùm tamen id nullo è ſigno indubitanter arguerint, verùm ipſa ſibi ſuſpiciosè comminiſci voluerit, ſeu timidè, ſeu auarè ſuſpicax diligentia emiſſariorum. Ac eò fortè factum, vt aliquot menſes clauſum attinuerint, nunquam ad comitium arceſſitum, nunquam pro ſe dicere iuſſum, aut permiſſum. Libertatem ſuam venum ſibi ab illis oblatam, nec magno ære emendam mercari nolebat. Ita precariam animam in-

ter

ter odia inſenſorum trahens; de Sacerdotio, quaſi de ſcelere ſuſpectus, & cruentam palmam ſibi quaſi in captiuâ manu infringi altùm gemens, ſemper tamen ærumnoſo in pædore, gloriosâ magni animi eminentiâ emicuit, ac tabe miſerabili pretioſus Chriſti vinctus in mortem emarcuit, magnâ populi fidelis voce inter confeſſores in vinculis pro Chriſti fide magnâ prolixarum ærumnarum vi enectos, accenſus.

22. E Collegio demum S. Franciſci Xauerij 27. Iulij die, altero & ſeptuageſimo ætatis, octauo & viceſimo ſolennis 4 votorum profeſſionis anno, annos æternos ingreſſus eſt *P. Nicolaus Hartus* latere ſiniſtro paralyſi contactus, animi tamen & patientię ſemper compos, & gratâ memoriâ æſtimans recolénſque, quòd ſe illâ æſtimatione dignandum cenſuiſſet DEVS, vt paululâ quæ adhuc reſtaret vitâ, pati aliquid mereretur. Diſciplinæ, ac legum, tanquam rei ſacratiſſimæ reuerens retinénſque, extra illos cancellos egredi volebat nunquam, quos in Ignatio ſanxerat, & nobis circumdederat ſupremus Ordinum author & legiſlator; cuius diuinæ liberalitati vt pro viribus reſponderet, malebat in iis, quæ DEI ſunt, potiùs abundare, quàm arctè ac parcè agendo, quâdam quaſi erga DEVM auaritiâ ſordere. Idcircò & matutinæ illi horæ, quæ diuinis commentationibus mente impenditur, horam alteram pro auctario addebat quotidie: & in omnibus ita ſe religiosè ad DEI mentem in inſtituti noſtri verbis ac ſenſu expictam componebat, vt palàm

ſanctus audiret. Iam, periculis tantum abeſt vt arceretur ab eo, quod agendum cenſebat, vt etiam intentiùs incitaretur. Vnde, quicquid amici contrà ſuaderent, miniſtros regios præcurrebat, vt eos Catholicos, qui ad necem quærebantur, expiatos Euchariſtico Martyrum Sacramento, ſeu pane fortium, ad pulchri agonis gloriam conſtabiliret. Quadrageſimo abhinc anno, à regiis miniſtris nocte intempeſtâ repentinò in carcerem è lecto abreptus, annuo ſqualore carceris, & poſtea exilio damnatus, iterum ſe tempeſtati, cuius fluctibus eiectus fuerat, reſtituit. Quarto ante mortem anno carceri redditus, iterúmque libertate donatus eſt. cuius ille beneficij memor, quòd nempe dignus habitus fuiſſet pro nomine IESV carceres & ærumnas pati, dimidiam quotidianæ orationi horam in quotidianum grati animi pignus adiecit; ac tandem de arduâ illâ coloniâ per ſex ac triginta annos exquiſitè meritus, finem miſſionis in complexu quietæ mortis inuênit, dimiſſus in pace.

23. Biennio hoc ſenior, vtpote 74. annos natus, *P. Thomas Keelus* è Collegio Apoſtolorum hoc anno poſt ſedulos domi, & arduos varióſq; in Anglia 27. annorum ſudores, ad immortalitatem cõceſſit.

Hos è Leodienſi Collegio ſecuti *P. Ioſephus Turnerus*, 25. Febr. & *Thomas Schnout* 6. Oct. ille, diſciplinæ ac ſacræ cuiuſdam literariæque quietis, & placidiſſimæ charitatis, deniq; longiſſimæ in morbo patientiæ retinentiſſimus: hic verò in vitâ labore, in morbo longo ac pertinaci dolore, etiam in

ea

ea quam agebat 66. annorum ætate, inclytus vt pietate, ita patientiâ indeflexâ.

ANNVÆ PROVINCIÆ AVSTRIÆ. M. DC. L.

1. AVSTRIÆ Prouinciam hoc anno 1650. vniuersè octingenti è Societate, ac inter hos 323. Sacerdotes tenuêre: quorum operâ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ authorati ſunt plus quàm 508. Ex iis, Iaurini 72. & Turcæ tres: Tyrnauiæ 79. & Hebræus vnus: in Schurzenſi Domus Prob. Viennenſis Reſidentia 106. Viennæ in Collegio, præter denos alios Eccleſiæ redditos, vnus qui ad Mahometum à Chriſto deſciuerat, ad fidelitatem ab horrendo transfugio eſt reuerſus. Item Tergeſti Turca vnus, adoleſcens 17. annos natus, qui ad ſignatum ſuper nos legis internæ lumen, ſingulari DEI ductu, inter tanta flagitioſæ illius gentis dedecora, vitam omnem ab omni grauioris noxæ dehoneſtamento incorruptam attulit ad lauacrum.

§. I.

QVÆDAM DE CONVERSIS AD fidem ſingulatim.

2. CLagenfurti, principe vrbe Carinthiæ, cùm illuc, per ea temporum turbamenta,

ta, varia nationum peregrinitas militari quodam torrente infunderetur, adfuit etiam è partibus Caluini peſtilitate corruptis miles Gallus, vir proba mentis. qui cùm Sacramenta Catholica vſurparet intempeſtiuis lemurum intemperiis adeò agitari occœpit, vt ægerrimus animi propè referbuerit, iámque retrorſum palinodiam reſpectare, atque ad retractationem ſuſceptæ religionis Catholicæ animum retorquere pro mali tanti remedio deliberabundus inceperit. At vbi à Noſtro in omnem vitam attentè introſpicere iuſſus, dixit, ſe vndecimo ætatis anno à neſcio quibus perfunctorio baptiſmate in ea verba perfuſum: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti minoris*; primo quoque tempore adhibitum illi ritè primum Chriſtianitatis Sacramentum, omnem lemurum vim ab illo arcuit; & ille poſt intemperias illo fonte confeſtim abactas, religionem illam perſanctè veneratur, cuius Sacramenta, DEVS, immiſſis quaſi apparitoribus, noluerit ab eo temerari, qui à quopiam Caluiniſta per adulterinam formulam tinctus tantùm fuiſſet, non verò luſtrali verè Sacramento Chriſti nomini mancipatus.

3. Græcij, Styriæ metropoli, opima, & multâ veteris inter Barones proſapiæ claritudine illuſtris præda in Chriſti libertatem à laqueis expedita eſt. Guntherus à Dietrichſtein is fuit, magnum Lutheranæ ſuperſtitionis firmamentum. qui in patriam redux, cùm lucem ſcientiæ, quam Norimbergæ, alibíque peregrinabundus collegerat, tenebras eſſe

ad-

duerteret, (quicquid Poſonienſes, aliique hære-
ici peſtiferè per multiiuges artes ac literas contrà
onniterentur) illam ſibi lucem à DEO per No-
ſtros affulſiſſe apud Styriæ proceres gratulatus,
magno Comitis patruelis, & patriæ gaudio, qua-
dragenas verni ieiunij ferias ritu & accuratione
Catholicâ ieiunio coluit, nihil virium imbecillita-
tem, ac ſuam à vino, quod horrebat, abſtinentiam
moratus. Tum expiatus, & Euchariſtiâ refectus,
magno animi tum ſui tum noſtri ſenſu, fidem Ro-
manam ſolenni formulâ profeſſus coram optimati-
bus, ad Cellenſem Deiparam pedeſtri dierum ali-
quot peregrinatione, illuſtri cumprimis exemplo,
adiuit, & malis mœrori, bonis miraculo ac lætitiæ
fuit.

4. Ibidem miles, qui hactenus in mala hære-
ticorum nocte noctuabundus ac cæcus errabat, al-
tero tandem oculorum amiſſo ſalutis lucem inuê-
nit. Dum enim ſe Noſtris Græcij in orthodoxâ re-
ligione inſtituendum, & Sacramentis expiandum
atque firmandum ſiſteret, narrauit, quòd cùm in
prælio excuſſo oculo grauiter ſaucium ſe videret,
auguſtæ DEI parenti voti ſponſione promiſerit,
fore, vt ſi ſibi ab eo vitæ diſcrimine ſuperſtiti eſſe
liceret, id omne in præcipuo lucro poneret, vitám-
que ſuam omnem ac fidem ſacris Catholicis ex aſſe
deuoueret. Auditus promptè in cælo eſt. Nam in-
ter aggerata cadauera latibulum vitæ habuit, & re-
ceptâ plenâ cum oculo ſanitate, Græcij ſeipſum
DEO per Virginem Matrem in Catholicum veluti
ana-

anathema dedit, prout ſe facturum voto receperat.

5. Vnguarini iuuenis Caluiniſta, cùm Noſtrum ab allocutione matris ſuæ ad rogum damnatæ, omni accuratione arceret, ne illa facta Catholica meliùs, quàm vixerat, moreretur, dixit malle ſe dæmonibus quàm Ieſuitis ſupplicare. At elapſo vix menſe, dignum laqueo facinus & ipſe furto argentei orbis & ſcyphi in aula deſignauit; & in carcere, Patrum hortatu, iam erga Ieſuitas quàm erga dæmonem facilior, & dæmonem & Caluinum illius conſectatorem, ſalutari auerſatione deteſtatus, cùm iam laqueo ſtrangulandus eſſet, miſerabilem hæreticæ matris mortem efflictim doluit, & pependit; magnâ diuini, eóque inexplorati, admirabilitate arcani, cuius euoluendo Sacramento pares dum non ſumus, miramur taciti viam ad cælum matri à filio tam ſtudiosè interceptam, ipſi interceptori à DEI benignitate eſſe apertam.

6. In Caroliana miſſione, matrona nobilis, à Caluino, ad quem inconſultò deſciuerat, ad Noſtrum, & apud hunc ad malè deſerta Catholicorum Sacramenta reuertit; pace animi tantâ, vt ſe toto infidelium quinq; annorum ſpatio, per quos ſicut ouis, quæ periit, aberrârat, nullum talis lætitiæ radium experiri potuiſſe ſit faſſa. Videtur verò DEVS rebellem huius voluntatem ad ſe propitius compuliſſe. Cùm enim ſacrilegam cœnæ tenebrarum buccellam à ſacrificulo Caluiniſta acciperet, perduellis inconſtantiæ pœnam perſenſit. Nam

tunc

unc palàm omnibus frigido ſudore perfuſa, & orridâ totius corporis concaſſatione ac perturba- ione tremens, toto illo quinquennio, ſine vlla uietis interſtitione, vel animi interſpiratione vin- lices intemperias experta, identidem ad illas Cai- i voces deſperanter iactandas agebatur; maiorem ſſe ſuorum ſcelerum granditatem, quàm quæ ve- iam mereretur. Quæ tamen errabundæ mentis haſmata omnia, ipſo natali Beatiſſimæ Deiparæ ie illam deſeruêre, pace conſcientiæ vnà cum fide eſtitutâ.

7. Ibi Matris Deiparæ, at Soproniĳ, Filiĳ nata- es feriæ fuêre ſalutares. Quidam, qui & ipſe à ſe- timo iam anno, vt licenter viueret ſine lege, Lu- heri libertatem ſecutus fuerat, bono amici dolo d nos perductus ad viſenda naſcentis Chriſti pia repundia, acceſſit ſarcaſmorum iſtic materiam ollecturus. At protinùs tenerè ictus à paruulo in unis Deo, ſenſit, quomodo nox illa facta ſibi eſſet lluminatio in deliciis æternis. Quapropter, quàm ormidatam hactenus, tam tunc expetitam con- eſſionem dolenter inſtituit; & agnouit, hæreſim actenus vitiis ſuis fuiſſe latebræ, atque obtentui, uam nox illa & prodiderit, & verò moras & la- ueos abruperit.

8. Ad Monaſterienſem in Tranſyluania Re- identiam adducta Ruthena fæmina, ſimul à ſchiſ- nate, ac octonis dæmonibus eſt aſſerta. Aiebant poſtatæ inquilini, pœnam illam eſſe, quòd matri naledixiſſet. Cæterùm, cùm ipſa Patribus loque-

re-

retur, faciebat id permodeſtè; cùm verò ex illa dæmones, proteruè, inurbanè, ac vario veluti plurium ſono Etiam occulta quædam ſcelera, & quædam abſentia loquebatur. Certè Patrem, qui confecto ſtudiorum curriculo ad miſſionem illam deſtinabatur, & iam iter erat ingreſſus, aduentare dixit. Superiorem item, domum redire cùm diceret, addidit Spiritus, ſe illi obuiàm iturum, & equum claudum redditurum; id quod & præſtitit; ac reuerſo faſſus eſt, ſe id eò feciſſe, quò venienti eâ equi clauditate longiores moras iniiceret. adeò illi placebat Superiorem domo abeſſe diutiùs. Aliquando formidoloſa coorta tempeſtas, citra damnum tamen, detonuit. Eius authorem ſe fuiſſe confeſſus infelix genius, dixit ſe damnum, quod parabat, inferre non potuiſſe: cúmque plus non poſſet, ne nihil faceret, ſtraminis modicum è tecto Patrum aſportaſſe. Piæ fæminæ, quæ ignotæ ſibi aliàs huic energumenæ aderat, dixit, quid rerum domi repoſitum haberet: iret porrò, iam eſſe omnia furto ſublata. ſed cùm illa ſalua domi omnia reperiſſet, mendacij cauſam iuſſus edicere pater mendacij, reſpondit: *Vt te turbarem.* Patres, quid Latinè inter ſe loquerentur, explicuit: & cùm chartam, in quâ prodita ab ipſis dæmonum obſidentium nomina deſcripta erant, Patres combuſſiſſent, illa, quæ chartam illam nec viderat, nec ſi vidiſſet legere nôrat, quæ nomina in charta eſſent combuſta, particulatim recenſuit. In S. Stephani Vngariæ Regis ſacello ſeni dæmones vomitione eiecti. Duo reliqui terræ illam allidere,

ac

c exitium illi per aquam & ignem comminari. Il-
ud obſeruatum, faciliùs turbatam & vexatam, ſi
quopiam verbo factóue perſtringeretur domi,
bi omnia permiſta erant hæreticis, atque ſchiſma-
icis. item quamdiu trimulum filium ſinu foueret,
ihil paſſam, DEO id immunitatis innocentiæ tri-
uente. Sacrorum verborum vi adacti, & ecquis
ſſet, quem in cælo ſecundùm DEVM, & Chriſti
umanitatem pertimeſcerent rogati, DEI Matrem
uper omnia, infra DEVM, ſe timere dixerunt. Eo-
um alter 40 mortales à ſe hactenus poſſeſſos di-
it; neque tamen ritè pulſum; ſed carmine magi-
o è loco alio in alium amandatum. Multa variè
arriebant, vt Patrem ab eo, quod vnicè agebat, a-
ocarent. verùm cùm ille, interpellatores illos
on paſſus, rei acriùs immineret, petebant tranſire
n anſeres ſub templi feneſtrâ: paruuli illi pueri e-
ant iſtic luſionibus ſuis intenti. Tum in vicinæ
Claudiopolitanæ vrbis turrim, & nominatim iſtic
n quendam veniam abeundi vrgebant. deinde in
eſertas quaſdam vrbis domos, ad vicinum in edito
oco patibulum, ad vrſum qui alebatur in dome-
tico ephebio conuictorum ad animi leuamentum.
enique de mendico ad fores ſtante; In eum, aie-
ant, nos dimittite, qui ſtat ad fores, & non orat.
ed quicquid nugigeri genij ſeu ioculatoriâ, ſeu ſe-
iâ flagitatione peterent, repulſam paſſi ſunt ſem-
er. Cùm autem quempiam criminis cuiuſpiam
rceſſerent, verè an falsè incertum, prohibiti ſunt
alia effutire, illi verò, qui aderant, omnes commo-

niti, vt ex ipſa conceptæ erga DEVM charitatis no-
bilitate hauſto dolore peccatis ſuis contrito corde
ſinguli ingemiſcerent, neque patri mendacij, ac
alienæ famæ raptori fidem darent Illud horren-
dum, quòd repetitâ ſæpiùs acri efflagitatione per-
urgebant ſibi concedi particulam de corde obſeſ-
ſæ; vel de ſanguine, vnguibus, aut capillis: mi-
naciter iactantes, ſe nonniſi cum aliquâ cordis il-
lius parte, certè non ſine homicidio abſiſtere vn-
quam velle. Verùm prohibiti, acriter ſe diſcrutia-
ri ſentiebant, dum ſacro ritu de more exagitaren-
tur, dum eorum imagines aciculis configerentur;
aut contemptim virgis per puerum Ægyptium cæ-
derentur, dum eorum nomina igne comburere n-
tur, ipſi verò luſtrali aquâ (eam illi ſalſam ac fœ-
tentem dictitabant) aſpergerentur. Dicebant, ſe
dum energumena confiteretur, in eius pede; dum
Sacramento altaris reficeretur, ſub linguâ latuiſſe.
Plura de nomine prodendo, de falſo illorum iura-
mento, de mendaciis, déque iis, quæ petebant, con-
ſultò prætereo. Penultimus leui manu ex obſeſſæ
naribus aliquot ſanguinis guttas elicuit, & erupit.
Vltimus veteratoriè ſæpè ſe abdidit, & diu latuit.
Cùm autem exire ſe quantumuis velit non poſſe
diceret, incidit id, quod erat ſuſpicari, nempe ma-
gico illum quopiam pignore inſtrumentóue tene-
ri. Reperta ad veſtem radix quæpiam, & expiato
igne exuſta; domi verò oſſa, pulueres, & plura id
genus. Impurâ quâdam fæminâ templum ingreſ-
sâ, mox dæmoni vires, & audacia viſa increſcere:
ſed

ſed impudica illa cùm animo linqueretur, metu an-
xia receſſit. Energumena verò ſoluto iam obſidio
ſecura, & abiecto ſchiſmate, animo inturbido Ca-
tholica quietè degit, poſt eiecta octo dæmonia, &
monum reliquis peius, ſchiſma.

9. Poſonij Catholici inter hæreticos velut in
eodem horto roſæ allio finitimæ ſuauiùs fragrant
odore ſanctioris exempli. Fuit, qui cùm in verno
ieiunio carnarios hæreticos pingui ſaginâ implere
ingluuiem videret, ipſe contrà toto ſacro eo tem-
pore nihil in cibum cocti admiſerit. De cœcâ con-
uerſâ dabimus num. 55.

10. Ibidem placidiſſimæ pacati animi ſuaui-
tudini ſe reſtitutum dixit ad priſtinas Catholico-
rum partes tranſgreſſus quidam, qui ſe in bellica
quapiam tempeſtate fluctu hæretico turbulentè in-
uolutum, & in exilium exportatum aiebat puerum
etiamnum. Cœnæ autem Lutheranæ vi admotus,
videbatur ſibi in bolo infami felleam amaritudi-
nem, & mille conſcientiæ turbines accepiſſe. Spe-
ctris illi feriuntur ſolliciti ſemper oculi, perdius,
pernox, & ſemper anxius animi hæret ac tremit.
Vbi tamen ad deſertæ Catholicæ fidei gremium re-
uertitur, omnis illa laruarum ſcena euaneſcit. Quæ
res narrata, & conteſtata, momentum perſanè ma-
gnum facit ad veritatis inclytæ maieſtatem.

11. Apud Almaſienſes è Monoſtorienſi Reſi-
dentia laboratum. Prærupta iam iſtic & vergens
hæreſis in tædio, pietas verò & priſca fides eò ma-
iore in deſiderio eſt, quòd aurifaber hæreticus, cùm

pro Ariano quopiam ſacrum calicem in profa-
num ſeu ſcyphum, ſeu cantharum conflare medi-
taretur, ad ignem iterum, ac tertiò animo linqui
cœperit, intra vnius nondum euoluti anni ſpatium
è vita in pœnam ſacrilegij, vt fama communis affir-
mat, exturbatus.

§. II.

NOTABILIA CIRCA POENITENTIÆ Sacramentum.

12. REpetitas iam inde ab ætatis initio con-
ſcientiæ labes quædam domicilia cen-
ſent 1266. nam alij numerum præteriêre. Cæte-
rùm notabili fructu nobiles è confeſſionum occa-
ſione vtilitates fluxiſſe in plures compertum eſt
Deo quoque manifeſtè viis non vſitatis rem vrgen-
te. Fuit Clagenfurti, qui vt qualis volebat, non ve-
rò qualis debebat eſſe, ſuáque ipſe libita exercere
licentiùs poſſet, dixit impius in corde ſuo, non eſſe
dæmones, non eſſe infernum; atque id ſibi perſua-
ſiſſimum eſſe factis etiam luculenter exequebatur
per deuia & auia incontinenter ac præruptè præ-
ceps, quaſi ſub oculis inermis, & vanas ſine viribus
iras iactantis Dei. Verùm iniecit effrænatæ illi ve-
cordię manum & frænum, longę patientię Devs,
dum inficiator ille ſceleſtus, infelices æternitatis
apparitores non tantùm vidit, & eſſe credidit, ſed
& ſenſit, quando ab iis, quos eſſe peruicax pernega-
bat, preſſo gutture, ac propè oblifis faucibus, mi-
ſero

ſero ſtrangulatu, ad mortis propè incitas redactus
nfidelem animam reciprocare vix poterat. Tamen
luctata quoquo modo eſt ex arcto gutture vox IE-
VM, & MARIAM ſibi ſubſidio depoſcentis: & ille
anto perfunctus periculo, ad Patres accurrit; rém-
que dolenter, anxiéque narrauit. Mox accuratè,
neditatéque inſtructus, luſtratâ per Sacramentum
onſcientiâ, ſibi vitę degendæ teſſeram illam dele-
it, & altè impreſſam in cor demiſit: Diſcedite à
ne, maledicti, in ignem æternum; qui paratus eſt
iabolo & angelis eius. atque hac arte diaboli an-
elus eſſe ceſſauit, factus bonis Angelis lætitię ar-
umentum.

13. Iaurini fæmina cùm in exitiali, nec occul-
o, eóque ſcandalis obnoxio, ſalutis periculo verſa-
etur, neque niſi per deridiculum audiret noſtrum
iſcriminis admonentem, ac eapropter alias ex aliis
omperendinationes texeret modicum ibi, modi-
um ibi, tandem iniquas iocationes ponere, ac in-
elices rudentes, quibus ligabatur, abrumpere coa-
ta, ſeu edocta eſt, quando horribili tonitru intem-
eſtâ quadam nocte perculſa, ſpiritum ſalutis, quē
iu parturiuerat, nec erat virtus pariendi, peperit;
t à cælo perterritæ ceruę ſolent. Tum verò læta-
ili & publicâ vrbis conſciæ admiratione ac bono-
um omnium gratulatione ad ſanctum gratiæ tri-
unal accurrit.

14. Tyrnauiæ pretioſa diuinę gratię, proui-
lenter vniuerſa accurantis, tempeſtiuitas in quo-
lam eluxit, quæ noſtram etiam diligentiam acriter

vocat, vt ad ægros vocati, feſtinanter adſimus. Quidam obſcurioris fortunæ aduena, cruciabili viſcerum dolore in ſpumas, & propè rabiem agebatur. interrogatus à pia matrona, ecquando confeſſione conſcientiam exſoluiſſet, cùm longi temporis meminiſſet, iter moliri cœpit ad templum, túmque illum cruciatus ille deſeruit. Mox mutato conſilio iter aliò auertentem iterum aſſecutus dolor, ad eandem domum, ac dominam redire coëgit. Protinùs vocatus Noſter hominem per aream prono ventre miſerrimè repentem, ſpumantem, ſéque præ tetro cruciatu in omnem partem verſantem reperit, erigit, ſolatur, peccata fatentem audit. Neque ille diſtulit mori. nam præmiſſis piis viuæ fidei, ſurrectæ in DEVM ſpei, ac dolentiſſimæ charitatis actibus, ſimul à peccatorum, ſimul à vitæ vinculis eſt eueſtigio abſolutus; inexpiatus fortaſſe moriturus, ſi euocatus Pater non protinùs aduolaſſet. Poſonij cùm Sacramenta quidam non niſi obiter frequentaret, ac nihil ab inolitâ inquinatè viuendi libertate remitteret, inſomnem ſemel noctem inter conſcientię querelas & morſus duxerit, atque pro decretorio DEI tribunali ſtare ſibi, & inferni tormenta coràm intueri viſus, ac territus, per Chriſtum, Deiparam, atque Apoſtolos veniam petierit, perſanctè meliora omnia de ſe ſpoponderit, ad nos denique, nocte intempeſtâ, ſuis inſciis, ad quatuor vel quinque leucas accurrerit, & quietem animi detectis in Sacramento vniuerſæ vitę maculis ſit adeptus.

15. Tu.

15. Turocij fæmina importuno ſpectrorum
œſtro, ſine vllo interquieſcendi leuamento, agita-
a, dæmonem etiam ſe vidiſſe, ac intentatam ſibi ab
eo necem dicebat; ſed ſacrę Crucis ac IESV nomi-
ne abſterritum abſtitiſſe tantiſper. Iámque à vexa-
ione diutinâ tantùm non deſperanti, tetra cogi-
ationum ſpectra mentem implebant; cùm reſpi-
are illam fecit amœna cæleſtis paruuli per quie-
em obiecta ſpecies, affirmatè imperantis, vt ſi qui-
lem à vexatore illo immunis eſſe vellet, ad clau-
ſtrum (ita Reſidentię noſtrę locum appellat vul-
gus) abiret confeſtim; & conſcientiam diligenter
eluerет. Accurrit illa, & quod à biennio malè ne-
glexerat, paruuli permota imperio enucleatè per-
ecit: & ſecuta quies vaticinio paruuli fidem pro-
bauit.

16. Styrę vicino oppido haud ignobili No-
ſter ſacris abſente Curato operatus, ad quoſdam ſu-
premo in vitę diſcrimine poſitos euocatus adiit,
& duos reperit peſtilentiâ contactos Ex illo ægro-
rum numero fuit nonnemo iam Medicorum ſpe
fruſtratus, quem diuinę benignitatis prouidentia
de vita decedere priùs paſſa non eſt, quàm hac ino-
pinatâ occaſione, triginta duos iam annos in in-
firmitate ſuâ habentem conſcientiam, velut in
probatica ſanguinis Chriſti piſcina, noſtrum ho-
minem nactus, per Sacramentum Pœnitentię tam
diu omiſſum ablueret moriturus. Eo etiam in iti-
nere idem Pater duos morti proximè iam admotos
adoleſcentes, pœnitentię ac viatici Sacramento

E 4 mor-

morti piè obeundæ præparauit, cùm hactenus ad quintumdecimum vſque ætatis annum vitam ſine piacularibus hiſce remediis produxiſſent. Quidam ſupplicio ſtrangulandus ibidem ad Pœnitentiam perſpectâ expromptâ ſollicitè agentium Noſtrorum charitate emollitus eſt, cùm aliàs ne ipſum quidem ſalutare IESV nomen in os vel aures admitteret.

17. Viennæ in Collegio, quidam ſe à ſpectris ad nos compulſum confeſſus aiebat, quòd cùm malè quæſitam neſcio quam pecuniam apud nos, in rem noſtram, plus quàm ille putauerat oculatos haud inueniſſet, dolo ac ſpe ſuâ deiectus, templum noſtrum iuramento execratus, penitus decreuerit ſe ad noſtrum templum pedem nunquam deinceps illaturum, ſed à nocturnis lemurum terriculis non niſi in noſtro templo quietem inuênit, & pace conſcientiæ iſtic per ſacram exomologeſin redditâ, iam verò ſe inficias ire non poſſe dixit, pecuniam illam ſe à Collegio nil debente contra æquum fáſque iniquiſſimè petiiſſe. Leobij quidam ſe à Chriſto ipſo ad inſtituendam plenam exomologeſim commonitum, per quietem dixit: ibidem alteri ſub ſomnum ſuborta ſpes, fore vt in templo noſtro eum reperiret, cui non grauatè totam eſſet conſcientiam explanaturus: id quod à ſe nullis modis impetrari poſſe putabat.

18. Monoſtorini, vbi variȩ ſectarum colluuiei innatat Petri nauicula, veluti arca Noë, anus olim Catholica, ob miſeram animi tempeſtatem, & inquietas

quietas

quietas laruas, ad nos adducta, mox atque per Sacramentorum opem animum emaculauit, in magno pacis gaudio tranquilla & fidelis vixit vſque ad mortem.

19. Iudenburgi admirationi erat effuſa illa Patrum è tertiæ Probationis domo ad operas, examinis inſtar, erumpentium promptitudo, quòd id ſine vlla ſpe lucri temporalis adeò auidi & indefides actitarent. id aliis impensè miratis, alij ſeu dolo alieno, ſeu ſimplicitate ſuæ mentis adducti, aiebant alacritatis huius noſtrę alimentum eſſe Cęſaream liberalitatem; quippe à quo viciſſim in ſingula capita per confeſſionem expiata, groſſum Cæſareum (eſt groſſus vigeſima floreni, ſeu ſexageſima aurei nummi Vngarici pars) caperemus. Vilis fabella, ſeu potiùs error exemptus, conuerſus eſt in laudem, & nouum acciendæ ſimplicis multitudinis inuitamentum, quòd viderent nihil quicquam eſſe animabus apud nos charius penſiúſque.

§. III.

DE AVGVSTISSIMO EVCHARISTIÆ Sacramento.

20. HVius diuini pignoris gloria, cùm à proteruâ hæreticorum audaciâ profligatiſſimis modis traducatur, intenſiore curâ procurata eſt. Eam in rem in Reſidentia Sopronienſi (cui moriens Georgius Draskouitius Epiſcopus Iaurinenſis quadraginta florenorum Vngaricorum millia, tribus florenis aureum vnum conflantibus,

aſſignauit) inſtituta iam olim Sanctiſſimi Corporis Chriſti Sodalitas, & iterata Dominico die feſti eidem Sacramento proprij celebritas, momenti habet quamplurimùm. Spectatum ibidem pro theatro mel Ionathæ & de annonæ vbertate vates Eliſæus: Nouiſolij Euangelicus Paterfamilias fidelem orbis terrarum famem, ad cœnam magnam inuitans. In Turcica Gyöngyöſienſium (Latinè ferè Gemmátam dixeris) Reſidentia in magnâ confluentis finitimæ circùm Chriſtianæ vicinitatis frequentiâ ſpectatus in Vngarica ſcena eſt botrus terræ promiſſæ; ac demum Pharao rubro mari hauſtus. vtraque res ad populi ſub illo iugo gementis, & tamen priſcæ fidei retinentiſſimi palatum, & conditionem apposita.

21. Nouiſolij matronæ primariæ cùm ei, quo conflictabatur morbo, medicinam nullam, imò ne ſpem quidem reliquam reperiret, pretioſo pietatis ingenio, damnatis pharmacopolarum officinis, diuino immortalitatis pharmaco paſta, & perſanata, illum huius etiam vitæ prorogatæ panem eſſe experta eſt.

Quot autem hoc anno magnæ illi cœnæ in templis noſtris accubuerint, non habeo dicere. calculi è pauculis, quæ id curatiùs notauêre, domiciliis conflati numerum centum quinquaginta quinque millium trecentorum, & ſeptuaginta duorum efficiunt; è quibus Græcij fuêre ſexaginta nouem millia ſexcenti quadraginta.

22. Vnguarini cùm triumphali Chriſti reſur-

gen-

gentis nocte, inter bellicorum tormentorum, tubarum, tympanorúmque plauſus in Euchariſtico ferculo Chriſtus pompâ celebri circumferretur, ea res hæreticæ cuiuſpiam Hecubę ſtomachum & inuidiam commouit, vt rabiosè iactaret, Papiſtas Chriſtum iterum, quem nuper occidiſſent, à mortuis excitare. Culpam pœna eueſtigio aſſecuta eſt. Nam vix dixerat, cùm illi à tergo vacca, incertum vnde, mox adfuit, quæ in blaſphemam illam ſe ſe incitatiùs toto cornuum impetu effundens, ita illam impetiit, vt paucis pòſt horis infelicem agonem abruperit, ſiſtenda Chriſto viuo iudici viuorum & mortuorum.

§. IV.
QVÆDAM DE BEATISSIMA DEI Matre illuſtria.

23. ILlud huic anno ſi non, præ aliis certè cum aliis lætabile imprimis & glorioſum viſum eſt accidiſſe, quòd auguſtum erga DEI Matrem Dominam noſtram ſtudium auctius reddiderit per vniuerſam Auſtriæ Prouinciam, primùm ipſa Virgo cæli Auguſta, deinde pia impigritas & propenſa ſtudia ſociorum. Clagenfurti virum ſtirpis ac perpetuæ in Deiparam venerationis claritudine præſtantem, ſupremâ in ægrotatione cæli Regina ſemel iterúmque auguſtè quidem, ſed blandè dignata inuiſere, repetitâ iuſſione diſertis verbis imperauit, vt Sodalitati, cui ab Aſſumpta Virgine nomen eſt, apud Patres Societatis nomen daret quan-

quantociùs. Ita ille cæleſtibus affluens iucunditatibus retulit Patri è Collegio euocato: & ad beatum illum ac Virgini diuinæ dilectum cœtum adlegi petiit, impetrauit, animum generali confeſſione leuauit; & ſynaxi IESV refectus eſt humi effusè ſupplex & lacrymabundus, ac ſimul conſuetâ Sodalium formulâ ſe *ſanctæ MARIÆ Matri DEI & Virgini* gratabundus addixit; & paucorum dierum interiectu, ex albo Aſſumptæ Virginis in album vitæ aſſumptus eſt.

24. Paſſim per Prouinciam complures, Flumine facilè 50. Iaurini 15. ab inualetudine ad vires priſtinas, Deiparæ per Foyenſem lapillum beneficio, rediêre: quos inter fuêre Iaurini, qui febres quotidianas, triduanas, ſeptimeſtres, ſemeſtres, eáſque acutas & medicæ operæ inſuperabiles diſcuſsêre.

25. Græcij ipſo Virginis ab Angelo ſalutatæ die, ita iubente Ferd. III. Imperatore, de aſſerendâ Immaculatæ Conceptionis dignitate, déq; illâ priuatim ac publicè tenendâ & propugnandâ, ſacramentum à Collegij & Academiæ Rectore, Cancellario, Vniuerſitate denique Græcienſi vniuerſa, in templo noſtro, quod idem aulicum dicitur, dictum eſt coram Abbate Runenſi tunc ſacris ritu ſolenni operante. Eapropter etiam Immaculatæ Conceptionis feſtum anno exeunte apparatè ſanè ad maieſtatem ac pietatem, plaudente deuotâ Immaculatæ Virgini Græcienſi vrbe, celebratum.

26. Tyrnauiæ in Eſterhaſiana Societatis IESV baſi-

aſilica, Virginis, quam doloroſam vocant, Chri-
ſtum mortuum genibus ac ſinu ſuſtinentis ſacel-
lum elegans variâ beneficentiæ ſignificatione plu-
ribus cæleſtis inſtar illecebræ fuit ad egregiam pie-
tatem, dum frequens Academicorum corona ve-
nerabunda illud ambit, & oratrix turba ſe illi in-
fundit, aliis alia illius beneficia lætè commemoran-
tibus. Multa de illa ſuis teſtata experimentis refe-
runt Academici non omninò neglectui habenda,
nec vnde ingrati vel negligentis animi arceſſamur.
Aiunt puellæ nobilis parentes, illam conclamatâ
iam vitæ retinendæ ſpe, voto ad Virginem illam
noſtram concepto, ſtatim leuamenti plurimùm
perſenſiſſe; nec multùm dilatâ ſpe conſanuiſſe.

27. Viennæ, cùm è Collegio Patrum quidam
hominem familiari ſibi phreneſi intra triduum fa-
cilè centies agitatum inuiſeret, ſuggeſſit felix con-
ſilium. Nam æger, ſuaſu Patris, facto ad Foyenſis
Deiparæ ſtatuam pio recurſu, nullo alio medica-
mento adiutus, intra biduum prorſus conualuit.

28. Ibidem quidam inexpiatus mori obſti-
natè decreuerat. Illuxit homini tenera quædam
lux, quam in ſcholis olim imbiberat, quando ſæpè
audiebat, in quauis animi tempeſtate ſub MARIÆ
præſidium ac pallium eſſe currendum. Id agenti
notum ignoti è Collegio Patris nomen occurrit:
qui accitus vbi promptè adfuit, hominem quâ po-
tuit arte, ac de Virginis fauoribus blandiloquentiâ,
erexit, & bis plenè expiauit, magnum diuinæ per
Vir-

Virginem erga ſe benignitatis argumentum, liqui-dè agnoſcentem.

29. Ad S. Bernardum, quæ Viennenſis Collegij Reſidentia eſt, Sacerdos nuncupato Sacri apud nos in B. V. ſacello celebrandi voto, à ſpina piſcis, quæ faucibus pertinax non citra vitæ diſcrimen inſederat, votum eſt incolumis executus.

30. Viennæ item lecta tironum manus in Catechesin pagatim effuſa, ſolenni ſupplicatione innocens agmen ſub MARIAna imagine, veluti ſub vexillo, duxit, pium ſanè atq; ad ætatis illius, ac locorũ genium non vulgare Catecheſeos additamentum. Iiſdem tironibus domi erga Matrem pulchræ dilectionis inflammandis, piâ & lautâ cuiuſdam è Societate Sacerdotis beneficentiâ, in choro, ſeu, vt vocant, Oratorio tironum, ſtatua Foyenſis Virginis collocata, & Sabbatina ex argento lampas appenſa eſt, & accenſa.

31. Sed & foris circa illos non defuit Matris officio Virgo Mater, quando illis pro more peregrinabundis, plena nubes incumbebat, è qua grando miſta imbri largifluo præcipitans cadebat, ac ſuâ granditate admirationem ac periculum faciens minabatur. At Nouitij vix Hiezinganæ, quæ ad Viennam religiosè colitur, Deiparæ, voto etiam edito, ſe in maternam fidem aſſeruerunt, cùm diſcuſſo repentè diſcrimine ac metu, grando & omne malum abſtitit ſine mora.

32. Atque vt ab inferis quoque teſtimonia pro gloria intemeratæ Virginis arceſſamus, octo

illa

la dæmonia, de quibus hîc n. 8. fuſiùs, DEI Ma-
rem eſſe illam, quam ſuper omnia ſecundùm
DEVM pertimeſcerent in magna populi etiam hæ-
etici concione dixêre, maximoperè plaudente Ca-
holicâ erga Virginem Monoſtorienſem pietate.

33. Nec obſcuro exempli documento ibidem
ocuit DEVS, quàm impensè illa virginum ſupre-
na ſibi cordi eſſet, quando vir agricolationi addi-
us, feſto quopiam ter maximæ Virginis die, ne-
lectis iis, quæ nos pro pulpito contra impios id
enus labores inculcabamus, pro lignis ad ſiluam
xiuit curru, & euerſo curru obtritus eſt.

34. Poſonij fæminam longa procraſtinatio
rænimis anxiam, in fæmineo quodam linguarum
æreticarum variè locuturarum metu obſtinatè
etinebat. Abrupit moras ea, quæ non nouit tarda
nolimina Spiritus ſancti gratia, dum illa ſibi co-
am noſtrâ Matris Dolorum arâ precari per quie-
em viſa enixiùs, primùm concinnitate amabili e-
gantes cæli genios, at vultu ſimul gratiarum, ſi-
nul minarum plenos aſpexit: mox ipſam DEI pa-
entem vidit, audiuítque loquentem. Haud ita
nultò pòſt animi ægra ob conſcientiam, in morbũ,
: breuì in mortem incidit: ſed priùs accito è Col-
egio Patri quæ vidiſſet, ac demum peccata vitæ
niuerſæ aperuit, & Sacramentis inſtructa eſt.

35. Styræ cuiuſdam animum perpetuo for-
nidoloſóq; bello à tentatore laceſſitum, inuocata
MARIA, fidele perfugium afflictorum in amœna
ulchræ iucunditatis ac pacis quiete collocauit.

36. Ter-

36. Tergeſti ſubortum inter animos quàm fa-
ciles inimicitiis capeſſendis, tam illarum retinen-
tes, diſcidium voluntatum, pro ſequeſtrâ pacis ha-
buit ipſam, quæ noſtram tenuitatem iuuit, Ma-
trem Virginem. Effecit illa, quod nos deſideraui-
mus; & vt deinceps feliciori operæ pretio in id ge-
nus officiis laboraremus, viam aperuit. Nam cùm
duo viri nobiles inuicem irâ infenſi, coram qua-
dam ſupremæ Dominæ imagine alter alteri fortè
obuiaſſet, occulto diuinitatis per imaginē in corda
influentis inſtinctu, mox coram illa imagine vter-
que in mutua redintegratæ pacis oſcula coniun-
ctiſſimis animis abiêre, verè filij Matris pulchræ di-
lectionis effecti.

37. Zagrabiæ, vt eſt ingenioſa neceſſitas, vir
ampliſſimę inter nobiles claritudinis, cùm æger
Noſtro accerſito anxiâ diſquiſitione verſaret, ec-
quid ſibi demum eſſet conſilij capeſſendum, ipſis
etiam medicis anxiè, imò iam deſperanter obnun-
tiantibus; Noſter promptè ſuggeſſit, vt aurum ac
ſpem transferret à medicis ad mendicos, quorum
tunc benè magnam cateruam fames in vrbem ex
omni vicinitate coëgerat. Si tanti ſalutem faceret,
quanti certè faceret, hoc experimentum caperet
parabilis medicinę. Conſilium enim ſalubriter for-
taſſe corpori euenturum, animo ſalutariter qui-
dem certè. Hic enimuerò ſpe obortâ (quæ ipſa
ſæpè ſignum eſt annuentis DEI) in conſilium pro-
nus æger, eam Prouinciam, & negotium omne
ſuſcipiendum, expediendum, conficiendúmque
Patri

atri cõmittit, eò rem acriùs curaturo, quò magis
a eſſet, quóque ferè ad ſua quiuis conſilia factis
uanda & ornanda eſt promptior. Ergo Pater ſuſ-
ptæ rei haud otioſè gerens, mendicos vicatim to-
vrbe ambire, atq; certatim confluentes diſtinctè
ordinatim diſponere, omnémque illam non iam
rbam, ſed ſacram pompam ad immaculatæ Ma-
is aram deducere, monerćque, vt DEVM & DEI-
ram, quæ ſalus eſt infirmorum, pro ſalute ægrī
neficíque capitis flagrantiùs exorarent. Effuſum
t in preces & cantus illud agmen, ipsâ pauperta-
, vel potiùs egeſtate ac mendicitate vnum ſub
pectum poſitâ, nouum, eóque magis ſpectabile.
ıblatâ omnes voce, ſymphoniam ducente vno,
liqui Lauretanos Virginis titulos, modulatione
l pietatem magis quàm ad artis modulos com-
oſitâ decantabant. Quo euentu, res docuit. Nam
rgâ in illos, in viduas item orphanóſque benefi-
entiâ effuſum non parcè argentum, & annonã,
gro breuì longam, & etiamnum conſtantem at-
ılit ſoſpitatem, necdum oblito, quales vitæ pro-
ucendæ aſſertores ad aras MARIÆ ſoſpitæ habuiſ-
ẽ.

38. Trencinij magnâ quidlibet inconditè lo-
uendi profluentiâ iactabat ſe hactenus veterato-
a ſectariorum magniloquentia. Eorum vnuſquiſ-
iam inter concertandum cum noſtro quodam diſ-
ipulo, ſeu reſponſionis inopiâ, ſeu phrenetici erga
atholicos animi exundatione, in verba impiã
ontra ſanctam Crucem, ac DEI Matrem erupiẽ:

ſed breuem poſt moram, id eſt, eodem die, vniu
circiter horæ interuallo ad Vagum, magni nomini
flumen, animi causâ deſcendit, & aquis hauſtus in
feliciſſimus balneator, vtinam per aquam non i
ignem æternum deſcenderit. certè totus Vagus ne
ſuffecit vel vni illi ſceleri eluendo.

§. V.

SCHOLÆ.

39. IN vno alteróue Prouinciæ Auſtriæ Collegio, nam alia certum numerum non dedêre, Sacerdotes ad futuras Chriſti vineæ operas è Scholis egreſſi ferè triginta. Et, quæ non poſtrema eſt noſtrarum Scholarum ad DEI gloriam claritudo, ad religioſiſſimam variorum Ordinum diſciplinam, iis, quorum numerus in confuſo eſt, & ferè iis etiam, qui Societati ſe addixêre, prætermiſſis, fuêre ij, quos in numerato habemus facilè 144. E quo numero è Scholis Reſidentiæ Gyöngyöſienſis in vltima Vngariæ Chriſtianæ lacinia in Turcarum præſentium dominatu Scholis & populo Catholico inſudantis, hoc anno S. Franciſci caſtra ſecuti ſunt omninò vndecim. Viennæ partim huius, partim aliorum vexillis authorati quadragenis, Græcij ſexagenis capitibus plures, & quidem eorum quidam, qui ex illuſtri proſapiâ lautum nomen ac ſtirpem ducunt. Fuit hoc dotale velut ius & pretium Sodalitatum, Scholarum ac theatrorum ſalutariter iucundorum vel triſtium, vbi primas id genus

ius cogitationum ſcintillas molitus eſt, ac aluit
bonorum omnium author DEVS. Ferdinandus
Carrafa, dum primam lauream inter 57. ferret pri-
nus, auguſto aurei torquis honeſtamento palàm
lonatus eſt, è quo aurea mittentis torquem Ferd.
II. Imperatoris pendebat effigies.

§. VI.

SODALITATES MARIANÆ.

40. E Delibato Scholaſticæ coronæ flore di-
lecta Sodalium natio quàm vigilanter,
& neruosè rem egerit, accerſam è plurimis citra
ſatietatem quædam meliora ſilentio, reliqua felici
æternorum annalium ſtylo condita latiúſque dif-
fuſa relinquam commentariis DEI. Clagenfurti
funebrem Chriſti memoriam à Sodalitate adorna-
tam aliquot Proceres in hac arena non inexercita-
ti exemplo auctiorem illuſtriorémque reddide-
runt, piè in ſe ac publicè per flagella immites, nec
de imminutione dignitatis, aut linguis politicis an-
xiè ſolliciti. Albo nouo ſe primus Ferd. III. Cæſar
cum auguſtâ prole lubens inſcripſit.

41. Ibidem nobiliſſimus adoleſcens dum ad
acceptam cum alapa iniuriam ſe immodicè com-
moueri primâ in ſcintillâ aduerteret, adeò ſui po-
tens fuit, vt viuâ manſuetiſſimæ Virginis Matris re-
cordatione perſtrictus, abſque eo, quod aliis miti-
gationibus leniretur, ignominiam ſine vllo intole-
rantiæ vel animi abalienati ſigno, manſuetè tacens,

fortiter exantlârit,mirabili extemporalitate promptæ ad ſubita iſta & improuiſa virtutis. Hic eſt ille cætus, in cuius commilitium,vt n.23. retulimus, virum nobilem ipſa Deipara inuitare dignata,acres aliàs ac vigentes Sodalium animos, & exſomnes ſpiritus, flagrantiùs inflammauit.

42. Habent & Crembſenſes nouum illicium, quo ſibi gratulantur. Ibant illi magnis connixi viribus ad ea, quæ plus arduitatis, vel charitatis habere ſunt viſa. Fuêre, qui in longa ſe verberantium ſerie fer.6. ſanctioris hebdomadæ, cùm indumenta eſſent pauciora, quàm quæ omnium deſiderio ſufficerent, vt in ſe aperta fronte deſæuire poſſent, flagitabant, eo ad ſe peruincendos ac ad impetrandum argumento vſi, quòd Chriſtus, cùm flagris laniaretur, apertâ facie, ac notus omnibus id doloris ac ignominiæ toleraſſet. Charitati autem ſegetem vberem fames vicinæ Bauariæ faciebat: è quâ ſecundo Danubio vectos, domo, veſte, medicinis, datâ è ſuo ære, atque etiam corrogatâ ſtipe refecêre. Enimuerò magnæ ſuæ Dominæ acceptum referunt, quòd graſſata non mediocriter per vrbem peſtilentia, ex hoc numero non niſi duos morte exemerit; quod ipſum in lucro pulcherrimo poſuit DEVS, dum vitâ functorum Sodalium alter eueſtigiò familiæ domi ſpectatus, impensè iuſſit, ſuorum pro ſe in MARIAna clientela Conſodalium preces expoſci. Adfuêre illi anxiè attoniti; & quem vidiſſent, quídue audiſſent, ex fide retulêre. Indictæ protinus preces: & pro aris ter pro illo litatum.

um. neque rediit; ſed tamen in mente Sodalium
uas preces diuino nutu expetitas à commilite
nortalitatis iam quaſi rude donato, gaudentium,
ltam de cætu Parthenio opinionem, & ſuauiſſi-
nam de futurâ ſuâ immortalitate ſpem reliquit.

43. Flumine ad mare Adriaticum, illud præ
erreo cilicinóque cingulo, & inquietis horis, qui-
us nudæ humi à Sodalibus dormitum eſt, haben-
um duxerim, quòd Sodalium nonnulli longiores
alamiſtratæ comatæque vanitatis concinnos, qui-
us ſibi diu impensè placuerant, in plenâ Sodalium
oronâ, Virgini Matri, pulchrum in re, quàm mo-
licâ tam difficili, victoriæ anathema Virgini Matri
d aram obtulerint.

44. Ibidem Sodalis in ornando cum Sodali-
us aliis templo intentus, & ex altiſſimo loco præ-
eps, in omnium adſpectantium oculis, & admira-
ione illæſus pedibus conſtitit. Alius dum ad ho-
neſtandam feſti pompam per viridaria frondes
quærit, repentinis inexplorati colubri ſpiris pede
lтero inligatus, terrore in pietatem verſo, glorio-
ſum Deiparæ nomen implorauit, & ſerpens citra
omnem aut moram, aut noxam, ſe ab orantis pede
ltrò abſoluit.

45. Græcij Ioannes Rumſchier Sodalis, Theo-
logiæ Baccalaureus, quo ad omnes Sodalitatis le-
ges officiosè ac perſanctè ſeruandas obedientior
fuit nemo, inculpatâ morum innocentiâ præclara
virtutum decora indies plus plúſque nouis auge-
bat exemplis; dum denique conſentaneam vitæ

reliquæ mortem oppeteret. Mater, matrona nobilis, alterâ poſt eius obitum nocte in alio cubiculo vigil, & ſuæ orbitati illacrymans, magnâ repente admiratione perculſa vidit conclaue totum inſolito & clariſſimo lumine collucere; ſuauiſſimæ ſpei plena, quòd Ioannes iam inter Sodales cæleſtis Parthenij vitam degeret in regione lucis, & pacis.

46. Poſonij anno 1646. magnâ Ferd. III. Cæſaris, & aulæ vniuerſæ voluntate, ac Strigonienſis Archiepiſcopi authoritate, P. Petro Belecio autore, ſub Regni Comitiis erecta B.mæ V. Matris morientium & mortuorum Sodalitas, creſcit magnis ab eo tempore experimentis, magno morientibus ad agonem auſpicatò conſummandum adminiculo, magno piis manibus adiumento, Sacris etiam præſtitutis, quibus ad noſtram aram ab externis pro vtriſque litetur, ære ad id certatim liberalitérque collato. Surrexêre deinde Viennæ atque Græcij aliæ in eundem finem Sodalitates, à Crucifixo moriente ac mortuo nomenclationem ſortitæ. Viennenſis ab Innocentio X. hoc anno indulgentiis dotata;

1. Sub meridiano æris campani ſigno, quod in Chriſti expirantis memoriam dari ſolet, gratias agit morienti, & felicem ab illo agonem petit quotidie.

2. Quot hebdomadis feriâ 6. ſacrificio Miſſæ morientes ac mortuos iuuat; & addit aſpirationes (veluti Litanias) de agone patientis IESV.

3. Quot menſibus, in eâ quæ Generali Commu-

nunioni deſtinata eſt Dominicâ, indulgentias pro
animabus, quæ in Purgatorio expiantur, offert
Deo, inſtar pretij pro captiuis: & veſperas ac cæ-
rum in Domûs Profeſſæ templo concelebrat. & a-
ia plura, quæ iſtic luci datus Sodalitatis liber enu-
cleatè complectitur.

Græcij verò prima Sodalitatis agonizantis Chri-
ſti ſolennitas celebrata eſt 26. Auguſti, magno
mortualis pompæ, luminum, legum, indulgentia-
rum prælo vulgatarum, ſacri exequialis, cõcionis,
& picturæ prægrandis, atque ad rem planè accom-
modatę apparatu: quę Chriſtum in agone ſangui-
ne perpluentem, ac ſubiectas in purgatorio animas
tinctis illo ſanguine per Angelos Roſariis recrea-
tas, perquàm appoſitè referebat: idque ſenſu tan-
to confertim affluentium vndequaque mortalium,
vt ſuauiter collacrymati beatos ſe dicerent, qui-
bus datum eſſet in illa tempora ſuperſtites reſer-
uari, quibus & benè moriendi, & immortaliter vi-
uendi artificium omne condiſcerent. Et certè pan-
chreſtum veluti medicamentum hoc fuit contra
veternũ mortalium, & ad frequentiam Sacramen-
torum; cuius prouehendæ gratiâ verſata in omnem
partem cogitatio hac demum arte voto reſpondit,
quando etiam pragmatica quædam ingenia è foro
velut in cælum erecta, & quidam aliàs noſtro no-
mini parùm æqui, rei tantę nouitate ac neceſſita-
te illecti. Multę pro morientibus preces: & Soda-
lium numerus iam ſupra quinque millia quadrin-
gentos excreuit. Interea quaquà eius fama per-

fertur, expetitur. integra Canonicorum Collegia plures Abbates cum ſuis cœnobiis, ac velatæ Chri. ſto Virgines, Religioſi, Clerus, & omnis conditic certatim ſua nomina offerunt, & promptam ad le. ges omnes voluntatem.

47. Tyrnauiæ inter Sodales ſelectioris notæ ſancta pro animam agentibus, & Purgatorij anima. bus liberalitas hoc anno perpetuam quandam ir templo noſtro Communionem excitauit. Diſtri. buuntur vltimâ cuiuſlibet menſis Dominicâ pro ſequenti menſe menſtruorum Sanctorum imagi. nes, ita vt ſinguli menſis dies Sanctos ſuos ha. beant, & Sodales. Iam, Sodalium quilibet ipſo San. cti ſui, quem ſorte nactus eſt, die, pro agonizanti. bus intereſt vni Sacro; tum pro ijſdem orans Eu. chariſtiâ reficitur; & addit Sacrum alterum pro defunctis. In Sancti ſui octauo die pro defunctis vno Sacro audito, pro iiſdem orans diuino Sacra- mento paſcitur: iterúmque Sacrum audit pro iis, qui in vltimo agone luctantur. Ita quot menſibus dum hæc agunt ſinguli, nullus menſis dies vacat, quo Sodalium communicantium, & Sacrificiis præſentium, agonizantes & mortui non iuuentur, orbe facili atque perpetuo. Exemplum in plures porrectum, ac typis etiam domeſticis adiutum, pla- cuit aliis quoque Prouinciis. Sodalium alij per ad- uentum totum, alij per Quadrageſimam cilicio ar- mati, proſcripta in menſem totum vini potio, no- uæ ſe affligendi adinuentiones, teneræ lacrymæ, fuſæ veſperi ad clauſas templi ianuas foris preces,

con-

conſtanter ſingulis noctibus hora vna flexis genibus precationi data, primum Sacrum toto menſe pro defunctis auditum, datum in eleemoſynam id, quod vltimum reſtabat ſolatium egeſtatis, ira & aliæ appetitiones coërcitæ, digitis torculari inſertis eliſa & ſuperata tentatio, præcipua & ſolida erga Sanctos agonizantium protectores religio, meditationes, ac reliqua obuia volens ac ſummatim tantùm attingo, dum plura prætereo. Fuit, qui dies Sabbati pro felici agone, Dominicos pro felici ſententiâ in die iudicij capeſſendâ, reliquos dies Purgatorio aſſignauit in quinque Ordines diſtributo. In minore Sodalitio quidam, vt Sanctum ſui nominis impenſiùs coleret, toto quatuordecim dierum ſpatio feſtum eius præuênit, cilicio ſe affligens: atque ita poſt feſtum tantundem durauit, iniectis etiam per quinque dies in calceos calculis, quibus pedes acriter laniabat. Alij præſidium puritatis, præter cruentas verberationes, Beatiſſimæ Deiparæ, ac S. Antonij effigies fuit, quas in oculis, & complexu ferebat, dum ſe ad ſomnum componeret, vt in lubrico iuuentæ integer perſiſteret. Sancta & illius indoles videri poteſt, qui cùm vnumquempiam deliquiſſe comperiſſet, tanto tempore, quanto Deiparæ corona perſolui recitando poteſt, ſe acriter flagellauit: alius lectulum ſuum nudauit, vt iacentem pro foribus mendicum benignè contegeret. alius in antecinerali Bacchanaliorum triduo pro iis, qui tunc licenter agerent, cilicio ſe operuit. In vigilia feſti Sodalitatis, omnes Comites

ac Barones templum Academicum ſcopis emunda-
uêre, honori humilitatis MARIÆ Deiparæ, ac
amori.

48. Viennæ Sodalis Academicus toto trime-
ſtri cilicio accinctus; alius per octo hebdomadas
quotidie in ſe flagellis animaduertit. Iudenburgi
alij in nudis aſſeribus, alius in niuibus velut in le-
ctulo ſe ad capeſſendam quietem compoſuit. alius
caſtitatis votum quot hebdomadis renouauit; vt
hoc ſe fræno compeſceret.

49. Tergeſti quidam, qui moribus, dictis, &
ſcriptis contra Sodalitatem peccauerat, è ſacro illo
commilitio eraſus eſt, adiiciente minas Præſide,
iram vindicis Virginis haud ita multò pòſt adfutu-
ram. Nec dicta fruſtrauit euentus. Index illius di-
gitus læſus tenui quapiam punctiunculâ cùm per-
petuo manare ſanguine non deſiſteret, adhibitis
nequicquam remediis ſiſti haud potuit, vſque dum
in aperto vitæ diſcrimine ſe videret miſer, ac de iis,
quæ malè ſcripſerat, palinodiam cantaret. eo facto
& ſanguis fluere deſiit, & ille Sodalitio redditus, a-
lio breuì morbo abreptus eſt.

50. Monoſtorini, in Tranſyluania, Sodalium
quidam, vt eâ, quam à perceptâ ſanctiſſimâ Eucha-
riſtiâ intimè perſentiſcebat, ſuauitudine diutiùs
frueretur, diebus Communionis toto anno à pran-
dio abſtinebat. Ibidem ſanctos menſis Præſides a-
lij Euchariſtico epulo, alij producto in octo dies
ieiunio percolebant. alius nullum Sabbatum ſibi
paſſus eſt abſq; erogatâ quapiam eleemoſynâ præ-
ter-

erlabi. cuiuſdam iram iam promptam, dum cola-
hum acciperet; aliorum autem oculos, vt ſexum
iſparem ne intuerentur quidem, frænauit hæc
iemoriæ obiecta ſacra teſſera: *Sum Sodalis.*

§. VII.

SANCTORVM CVLTVS.

51. EXquiſita erga cælites religio quà in
Scholis per Claſſes Sanctorum cliente-
s particulatim aſſignatas, quà foris longè ac latè
rolata, præclaro nobis adminiculo fuit ad facien-
um animabus collyrium ſalutare ab eorum ope
ariâ, reliquiis, & exemplis. Triumphauêre Sancti
theatris & ſcenis, non poſtremo ad permouen-
os per illorum geſta oculis ſubiecta neruosè ani-
ios inſtrumento. Crembſium productam ſub po-
ymitâ Ioſephi tunicâ, patientis DEI innocentiam
omploratu publico eſt proſecutum. Flumen, San-
ti ſui Viti. Leobium, S. Suſannæ agonem ſpectauit:
Græcium Saturnalibus Iobum, poſtea Dauidem,
emum S. Catharinam ab Angelis tumulatam;
Vienna Ioſephum agnitum; Giongyoſinum ani-
nas in igneo ergaſtulo à DEO adhuc exules, & ca-
ptiuas; Labacum, S Nicephorum Epiſcopum; Lin-
ium in Euchariſtico Chriſti feſto, arborem vitæ
c mortis; Styra, S Gliolaphum, ſpectauêre plau-
u ac fructu omninò lætabili, & Sanctis glorioſo. v-
i euidenti perſpicuitate apparuit, quantum mo-
nentum habeat, ſi in bono ſcenæ lumine colloce-

tur

tur non leuis quæpiam iocatio, ſed imago viua Sanctorum; vtpote ad quam & ij, qui rem agunt & ij ſub quorum oculis agunt, facillimè ac intim inflammantur, ferúntque lucra ſæpè non minor damnis veterum theatrorum.

RELIQVIÆ SANCTORVM.

52. IVdenburgi quidam imminutæ aut per intemperias emotæ prorſus mentis homo in miram verborum diritatem efferabatur, ſi de noxis confeſſione abluendis moneretur. Vocatus Noſter, adhibitis ſacris reliquiis illam animi tempeſtatem conſerenaſſe vbi vidit, ritè de totâ vitâ expiatum ad mortem proximè ſubſecutam diſpoſuit. ibidem amuleta eadem profuêre ijs, qui doloribus, qui præſtigiis, qui mentis alienatione agitati reſpirauêre.

53. Sopronij quidam cùm nec locum, neque quietem vſpiam reperiret, obſeſſo perſimilis, & vſquequaque anxiè inquietus, eodem remedio eſt curatus.

54. Labaci miles iam inde à teneris, dæmoni æthiopis pueri ſpecie cooperto nefandâ familiaritate coniunctus, & in omnia libidinis ad beſtias vſque proiectæ inquinamenta enormiter exulceratus, quicquid à teterrimo fœditatum excogitatore impuræ ſcabiei hauſerat, vel didicerat, in illud effrænatè ruebat. Neque id poſtea negauit ipſe, vbi illius beſtiarium quoddam ſcelus enotuit.

Ergo

rgo ſuorum facinorum poſtulatus, iámque rogo
ddicendus, Noſtro pœnitentiam ſuadenti obſti-
atè ſurdus, barbarâ quadam & atheâ ignoratio-
e, velut nunquam audita fidei, boni omnis, aut
rucis nomina perditè auerſabatur. Admotæ illi
ælitum reliquiæ cum aqua & cera luſtrali veter-
um excuſsêre: ac deinceps totum ſe in Patris po-
eſtatem ad omnem nutum promptus dedit. At no-
te proximâ tenebris ſuis tectus adeſt æthiops ille
uer tenebrio; & dirum fremens ecquid collo ge-
et militem olim ſuum interrogat: ſeuerè mandat,
t ſi ſaluus eſſe cupiat, illud confeſtim abiiciat.
Deinde iubet militem ad ſe accedere, quando ſibi
d eum accedendi negata ſit facultas. Verùm ad
æc omnia in omnem caſum à Patre inſtructus
niles, iiſdem amuletis æthiopem in fugam iuſſit
aceſſere. Altero die, Sacramentis piè comparatus
ditâ fidei profeſſione, pyram conſcendit, & inter
ngeminata per quartam ferè horæ iam ſibi ſupre-
næ partem IESV & MARIÆ nomina, exundante
umo, ac igne inuolutus, extinctus eſt.

DE FESTIS.

55. POſonij piſcator profanati feſti reus, dum in ipſo S. Andreæ Apoſtoli feſto, labori
e ac inſtrumenta accingit, ære campano ad eleua-
ionem, vt vocant, inter Sacrum Miſſæ fieri con-
ſuetam audito, ſtatim oculis captus, inter vindices
enebras culpam luit: & iam feſta quidem celebrat,
ſed

ſed cæcus, ad pœnam & exemplum. Ibidem hæreticę fœminę oculos prolixa iam ætas propè vſque ad tenebras hebetârat. Hæc ſe ad D. Martini (quod nos incolimus) templum diuinitùs miſſam ad hauriendam iſtic cæleſtem lucem, Noſtro retulit; & ſe voto ſuo proſperè potitam gauiſa eſt. Vade, aiebat vox, ad Eccleſiam S. Martini; quò neglectum fidei lumen accipias, vt ſalueris. Iam verò Græcij, feſtum SS. TRINITATIS (quod eſt feſtum feſtorum omnium, & ſacroſancta quaſi metropolis) à ſanctiſſimi Spiritus commilitio Sodalium Conuictorum ita celebratum, vt dilectis ad ſeruiendum nobiliſſimis adoleſcentum, duodeni pauperibus epulum ſit datum; vt feſtum miſericordiâ ſolenne redderent; & DEVM imitati, eſſent miſericordes, quemadmodum & Pater noſter cæleſtis miſericors eſt, id quod eſt Euangelicum eiuſdem Dominicæ documentum.

DE ANGELIS CÆLESTIBVS.

56. SOpronij (cui domicilio hoc anno à moriente Georgio Draſchouitio Fundatore quadraginta florenorum millia acceſſerunt) præcipua tutelaris Angeli erga piam, & egentiſſimam Virginem cura eluxit. Hæc in hæreticorum medio retinentiſſima Catholicæ pietatis, in templo noſtro ſacris quotidie pluribus, etiam cælo acriter frigido religiosè intererat, monitore ac excitatore Angelo ſuo Cuſtode vſa. Nam cùm illi

aures

ures totæ profundâ ſurditate torperent, Angelus
lli erat pro auribus, vt horologij & æris campani
icem ſupplente illo, ſemper ab illo ad Sacra exci-
ata, matutina adeſſet; ad illud potiſſimùm, quod
n Aduentu quotidianum eſt de Virgine Matre,
ulgo *Rorate* nuncupatum. Hæc hoc anno ad
ngelos, vt ſperamus, morte certè hilari & exqui-
itè piâ inter agendum DEO gratias exceſſit è vita.
dfuit & nobis bonus Angelus, etiam cùm Ciues
æretici accuſatores apud Pauſum Palſium Palati-
um contra nos præpotuêre; à quo, nobis necdum
uditis, pro cauſa accuſatorum pronuntiatum;
uæ tamen tam præcox præcipitatio, noſtram in-
ocentiam nihil inobſcurauit, ſed omnibus dolis
rmata hæreticorum odia nudauit, & prudentes
Catholicorum animos nobis magis addixit.

DE DÆMONE, S. MARIÆ MAGDA-lenæ ſpeciem mentito.

57. TErgeſti puellam tenuioris fortunæ, ac
ſimplicem, cùm in ſilua ligna collige-
et, ſuas in partes trahere conatus dæmon, illi ſe S.
Mariæ Magdalenæ ſpecie ſpectandum dedit, vt vete-
atoria ſua mendacia laruâ illâ contegeret. Sæpè illa
n ſiluam itabat, & ex ore magiſtri in illam fraudē
ffæminati quædam vera, plura falſa permiſtè in-
iſcriminatímque diſcebat, & in ciuitate velut
auſta è Dodonæis quercubus oracula decantabat.
ed facilè à fraude abduci potuit cerea mens. Nam-
que

que à Noſtris condoceſacta, & ſacræ ceræ amule to, monitíſque inſtructa, deinceps abſtitit, & al antiquorum mendaciorum veluti veteramentari illo ſuo magiſtro bonæ paci relicta eſt.

DE S. P. IGNATIO.

58. ADmirabilem exercitiorum libellum pro lydio examinandæ, ac inſtituendæ ſuæ vitæ lapide ſibi delegêre inter alios, etiam Illuſtriſſima quædam & Reuerendiſſima nomina dum ad eius normam, velut inſtauratitios dies apud nos celebrauêre facilè quinquagenis plures, quorum vicenos exercuit Collegium Viennenſe. Tyrnauiæ vſu propè receptũ eſt Neo-Myſtis, non niſi per exercitia, velut per ſacram portam introire ad altare DEI. Fuit ibidem ex aſcetis S. Patris Noſtri Georgius Lippai Archiepiſcopus Strigonienſis, & Regni Primas: qui in ipſo S. eiuſdem Patris Ignatij die de eiuſdem Sancti, & eius filiæ Societatis laudibus tantâ ingenij, & rerum dignitate, ad concionem Vngaricè dixit, ita ſolidè ac tenerè, ita eruditè conſertè contextéque ſumma quæque produxit, vt nobis ruborem, amicis gratulationem, & maiorem rerum noſtrarum admirationem excitârit.

59. Flumine puerperæ, quibus imploratum S. Ignatij nomen propitium fuit, fuêre ſeptemdecim: omnes, quibus in illa vel aliis difficultatibus opem tulit, numerant quadraginta. Græcij

tamen

men vna fœtum eniti priùs non potuit, etiam
Ignatio inuocato, quàm cum offenſa matre in
ratiam rediiſſet. Narrant Styrenſes literæ, iſtic
cut rari ſunt, qui ſine Noſtrorũ operâ ſe ad mor-
m componant; ita vix vllam eſſe, quæ non im-
orato priùs S.P. Ignatij nomine, prolem enitatur;
t proinde in vitam venientium, & ex eâdem dece-
entium cura videatur à DEO Ignatio eſſe com-
iſſa. Cæterùm etiam illuſtres perſonæ complu-
es incolumitatem ſuam adſcribunt Ignatio depre-
tori felici, qui & clientes ſuos facilè audiat, &
o iis à DEO facillimè audiatur.

60. A lemuribus Tyrnauiæ vrbici carceres,
opronij ſponſus & ſponſa, & aliàs varij à variis
entis afflictæ laruis hoc nomine propitio reſpira-
ērę. Iaurini nonnemo ſe oculorum vſuram de-
ere S. Ignatio gratè commemorat.

61. In Miſſione Caroliana fæminę Caluinia-
ę à dæmone miſerandis modis vexatæ, crebris a-
pis copioſum ſanguinem elicuit dæmon, & ſup-
oſitâ ſcaturienti ex ore ſanguini manu, illum in
iſeræ caput effudit, inſerto etiam in os malleo,
oſtentatâ pecuniâ; quę tamen falſa eſt deprehen-
, repertis eius loco confractæ ollę particulis, at-
ue carbonibus. At deterior illius animum dæmon
exat; cùm hæreſim vt exuat illi perſuaderi non
oſſit. Vnde nec S.P. Noſtri reliquię, cum ſale be-
edicto, & ſacro ceræ amuleto illi appenſę, nec a-
ua luſtralis quicquam in obſtinatâ potuêre. Hæc
men ſe auerſari dæmon luculento facto teſtatus

G eſt,

eſt, cùm nocte intempeſtâ adfuit, & fremens filu
ſericeum, è quo reliquiæ, ac reliqua ſacra pende
bant, abrupit, & ex alto deiecit.

DE S. FRANCISCO XAVERIO.

62. E perpetua S. Franciſci Xauerij lampa de, quæ ardet in templo Collegij Vien nenſis, acceptum oleum, integram illo piè vtent reddidit incolumitatem. Illud verò ad ſolidam Sancti gloriam, & cultum nobilius cenſeri merit debet, quòd Martha Brenneriana perilluſtris vi dua hoc anno ad Græcium vitâ pretioſè functa, v Magnum ſuum Franciſcum Xauerium imitation percoleret, non ſolùm flexis genibus egeſtate a ſordibus tabidos quoſq; procurârit, verùm etiam fluentem vbertim tabem ac ſaniem linguâ ſuâ ſæ pè ſæpiùs lingendo abſterſerit: aiunt intra vniu anni circuitum facilè tricenos vulneribus fœd ſaucios ab illa perſanatos.

DE B. ALOYSIO.

63. TErgeſti iuuenis febrili ardore correptus, Beatiſſimi adoleſcentis Aloyſij Gonzagæ auxilium expoſcit, & voto ſe obligat ad illum Sacro vno honorandum. Nec illi in irritum cecidit concepta ſpes. nam à Sacro audito ſe à febri ſtatim liberum ſenſit, obſecundante votis protinus Aloyſio ſoſpitatis authore. cuius etiam aliàs viuunt igniculi, & viuum neſcio quid ſpirans im-

mmortalis virtus, in tenerâ plurium imitatio-
ie.

§. VIII.

QVÆDAM ODIA COMPLACATA.

64. OFfenſiores animos complacare tam ar-
duum quàm neceſſarium opus fuit.
Nō infrequenter inter armatos venenis coniuges,
nter duella vel clam adhuc in ſcintilla gliſcentia,
el iam erumpentia, ſequeſtra induſtria profuit, &
rtes à DEO ſuggeſtæ. Viennæ quidam Foyenſis in
Collegij templo Virginis Matris honori votum
uncupauit, acceptam ob recuſatum decumanum,
t vocant, hauſtum ab Epicureo combibone iniu-
iam, & ſimul lethale vulnus, ita tulit, vt generoſâ
gnoſcentiâ parceret percuſſori, amore Matris Dei.
t voti & virtutis pretium, ſanitas fuit, haud lon-
o intermiſſo tempore conſecuta. Illud etiam è
Viennenſis Collegij literis palmare eſt, fuiſſe quen-
lam è noſtra diſciplina, qui percuſſori viam ipſe,
c occaſionem aperuerit, quà ſe in tutum recipe-
et.

65. Viennæ, ac locis variis, quorum nomina
ræſtat ſilentio contegere, quatuor illuſtres fami-
iæ, ſex nobiles, & ſeptem facilè ac viginti coniu-
um paria, pluréſque paſſim alij, poſito ferali o-
lio, paci mutuæ redditi. è quo numero & ille con-
ux fuit, qui vt certiorem coniugi mortem in vene-
o porrigeret, eius experimentum cepit in cane.

66. Nouitij Viennenſes , dum quà peregri-
natores, quà Chriſtianæ inſtitutionis magiſtri ex-
perimenta conſueta obirent, è quorundam animi-
manibúſque iram,& gladios in ſingulare certamen
præcipites extorsêre. In vno exemplo eluxit &
prompta extemporalis ingenij vis in tirone , & ve-
tus illud prudentiæ veluti gubernaculum , atque
axioma , quoſdam ſcabro, hiſpidóque agendi aut
loquendi modo in duritiam quandam torpeſcere;
quos flexanimâ quadam ſuauitudine in poteſtate
facilè habuiſſes. Tiro itaque quidam in virum in-
cidit, qui anno iam, & amplius à ſacro pœnitentiæ
tribunali ob internecinum cum quodam odium
abfuerat; eò quòd ab hoſte illo ſuo ſceleris nun-
quam patrati malitioſiùs arceſſitus , authoritate
magiſtratûs fortunis omnibus fuiſſet exutus. Ex-
arſit ad hæc propè immodicè , & memorem eſſe
iuſſit irati ſemper in iratos , ac æternitate pœna-
rum armati DEI, Nouitius , velut fulminans qui-
dam Pericles , aut veriùs Boanerges: iámque ſe o-
mnem vindicis DEI armaturam , omnem ſuppli-
ciorum ſupellectilem , adeóque omnem hominis
iram exhauſiſſe dicendo putabat,cùm virum inter-
rogat: Ecquî iam ſaperet his auditis, quídue mente
verſaret ? Videbatur alter ipſo dicentis ardore in
maiorem rabiem exarſiſſe. Quocirca,Mortem,aie-
bat,mortem totâ mente verſo , quam ego protinus
vel immortaliter inuiſo illi capiti, ſi mecum iſtic
eſſet, in hoc ipſo veſtigio diram cruentámque in-
ferrem , vel illam ab illo acciperem. Hîc tiro ad

ſua-

uauiora conuerſus conſilia, introductâ in pulcher-
ima paradiſi gaudia irati hominis mente, eas quæ
ios in dextera DEI in finem expectant delectatio-
ies, communémque, ac inexplicabilem cęleſtis il-
ius Reipublicæ ciuium amicitiam, & cælos factos
nellifluos totâ quâ potuit facundiæ dulcioris v-
ertate narrauit. Adiecit etiam obteſtari per illa
gaudia, per dolores, & cruentum agonem Cruci-
ixi ſuis hoſtibus ignoſcentis, & iiſdem à DEO Pa-
re veniam exorantis, per quicquid denique tene-
um illi veniebat in mentem, vt calentem Chriſti
ānguinem amicitię ſequeſtrum admitteret, & eun-
dem pacem pro hoſte illo petentem, ne ſurdus au-
diret. Tum demum emollitus æſtuans ille animus,
inter hauſta ex imo ſuſpiria gratias Nouitio am-
pliſſimis verbis agere, ac immortale illi à DEO præ-
mium pro tam ſuaui, & ſalutari ſtimulo adprecari.
Iam ſibi animum in omnem veniam & dandam, &
vltrò ac ſuppliciter petendam cereum eſſe, ac mel-
leum. Iturum ſe breui, atque hanc, & reliquas in-
quinatæ vitæ labes maturâ & ſeriâ ſuî accuſatione
in foro pœnitentiæ depoſiturum, aliáque quàm ha-
ctenus fidelitate ſe tam boni Domini ſeruituti
mancipaturum.

§. IX.

QVÆDAM DE SVPERSTITIONE ſublata.

67. CLagenfurti ſenſim irrepens ſchedarum

ſuperſtitio intercepta. Sex libri magici cum cryſtallo geminâ, quaſi futuri conſciâ, igne deleti.

68. Iudenburgi præter magicos charactere & amuleta, vnum etiam quod quidam pro immunitate contra vulnerationem omnem ſecum geſtabat, ereptum eſt; & eidem ſimul quies, quàm hactenus à ſpectris obturbantibus habere non poterat, reſtituta.

69. Græcij duodecennis puer, qui ſub ſpecioſâ theſauri latentis illecebrâ ad exitium ducebatur, ab illo laqueo expeditus. Ibidem alius, cùm omnium Sacramentorum iam particeps nec vitam inueniret, nec mortem, loco è pelle humanâ facto accinctus repertus eſt; quo abiecto, vitam retinuit, & ſanitatem recepit.

70. Tyrnauiæ vagi quidam ſub religioſæ veſtis ac pietatis obtentu peregrinatores, ſchedas, & libellos de B. V. ſomnio, & mira quædam, clandeſtinis artibus paſſim ſeminabant, piâ mortalium credulitate ac pietate abuſi veſpertiliones lucifugæ. Ne periculum latiùs gliſceret, inſtitutâ priùs à Rectore domi conſultatione, vnâ concione effectum, quâ peregrè venientia illa vigilantium dæmonum ſomnia peregrè abire ſunt iuſſa, quando perhorridum ea in re morum fideíque diſcrimen, ac murices à veteratore multifariam abſconditos pro concione ad vniuerſum Clerum, & Religioſos, ac populum, qui tunc ad ædem noſtram peropportunè per Rogationum occaſionem conferſtim confluxerant, Noſter adeò grauiter explicuit,

vt

t iniecto metu, tam illæ quâm aliæ id genus char-
ılæ certatim ad Collegium, illo, & ſequentibus
iebus afferrentur. quo factum, vt fugâ ſe abdenti-
us illis veſpertilionibus peregrinis, in ciuitatem
ıfuſa illa peregrinitas impiæ pietatis tempeſtiuè
ammis addicta ſit, & extincta. Neque pauca præ-
erea inconſultæ id genus ſanctimoniæ ſpectra,
uaſi eodem torrente, ad Noſtrum allata eodem
gne luxêre.

71. Viennæ in Collegio, inter plura, etiam
bolitum eſt ferale chirographum, quo quidam
ruentum ſuum nomen, & ſanguinem Sacramen-
o nefando dæmoni deuouebat.

§. X.

INDVSTRIÆ.

72. GRæcij pauperes euangelizantur nouâ
P. Simonis Wolgemuth nuper iſtic de-
uncti induſtriâ. Sextâ feriâ quot hebdomadis ad
emplum S. Georgij extra muros, pauperes pala-
im vagi, eleemoſynæ largitione haud cunctanter
inunt ſe allici; vbi ſacratiſſimo Sacrificio inter-
unt, & appoſitâ cohortatione ad Sacramentorum
requentiam, & vitanda ea potiſſimùm, quibus id
genus hominum obnoxium eſſe ſolet, vitia, inſtru-
ıntur. cui operæ tam ſua lux exempli ad alios,
quàm ſuus fructus cumulatè reſpondet ad paupe-
res. quibus adeò neceſſaria eſt cultura, vt ſine illâ

futuri ſint ſentina ſcelerum vrbiúmque, & ve-
lut agri ſine cultione pleni ſordium ac ſpinarum.

73. Inductæ ibidem in captiuorum ergaſtu-
la conciones emolumento ſpem ſupergreſſo: ma-
gno dolentis animi ſenſu ſe ad omnia pro DEO ex-
antlanda ſupplicia offerentibus iis, qui iſtic atti-
nentur, ac in Patris etiam charos amplexus, cum
effusâ gratiarum actione, ruentibus. Alia item
concio apud Fratres, quibus à DEO, ſeu Miſericor-
dia nomenclatio eſt; alia in eo, quod Lazaretum
vocant, domicilio, alia in Xenodochio, alia in arc
facta ad milites: ſingulæ fructu affatim luculentæ
Et videtur vniuerſim Græcenſe Collegium, inſigni
Patrum conſpiratione, in ea vrbis loca induſtriæ
vires acriùs intendiſſe, in quibus plurium vnà cō-
uiuentium opportunitatem in quæſtuoſiſſima plu-
rium lucra conuerteret; ſicut in venatu ſecurius
eſt laboris præmium, vbi in loco ferarum frequen-
tiâ celebriore venatio exercetur. Viennæ itidem
è S. Annæ Domo ſemel quot hebdomadis vnuſ-
quiſpiam dicit in vrbico pauperum ſanè frequen-
tium contubernio; ne illis ea deſint ſalutis præſi-
dia, quæ non deſunt diuitibus atque valentibus.

74. Poſonij in ara B. V. Matris dolentis, per
vernum ieiunium ter quot hebdomadis exponitur
adorandum diuinum Euchariſtiæ myſterium. atq;
vt quinquageſimo Pſalmo pro more cantato, &
concioni conſuetæ gratia maior apud populum vi-
dendi auidum conciliaretur, in theatro ſublimi v-
na hiſtoriæ patientis Chriſti pars vario Symbolo-
rum

um apparatu concinnè adornata ſpectanda proponitur; éſtque magnum adminiculum ad fulciendam Catholicorum ad audiendum alacritatem; nec mediocre hæreticis inuitamentum.

75. Tyrnauiæ inſtitutum in Sodalitate, examinis, ad quinque Chriſti vulnera, velut ad quinque puncta ſeu capita, exquiſitè faciendi artificium, ſimul examinis condimentum, ſimul reducendi quotidie certo tempore in memoriam Crucifixi fuit illicium. Ad maiorem item ægrorum ſecuritatem perſuaſum, vt omnibus pro lege eſſet, vt eo ipſo die, quo Sodalium quempiam, etiam citra periculum, in lectulo morbus detineat, primam cogitationem de conſcientiâ perpurgandâ ſuſcipiat. id quod varias ob cauſas quibuſdam neceſſarium, nulli verò non vtile eſſe compertum eſt. Inſtitutæ ibidem preces pro omnibus per orbem cum ſupremo agone luctantibus; item pro Sodali è numero præſentium ante omnes reliquos morituro. quæ res mirè pertinuit ad animos intimè peruellendos.

76. Ibidem commemorabile eſt cuiuſdam Patris noſtri, non magnæ, ſed nec obuiæ induſtriæ in re perplexâ inuentum. Ibat ægra quæpiam proximis paſſibus iam ad mortem, & cùm alia omnia perciperet, aptéque ad ſingula reſponderet, nihil tamen quod animæ adiumento eſſet, atque adeò ne ipſum quidem ſanctum IESV nomen, vel ore promebat, vel ad aures admittebat; quaſi non ſatis caperet, quid circa ſe ageretur. Hîc ne quid ſubeſſet, piacularibus agendum ratus Pater, capto in

arena conſilio, iubet ægræ os, frontem, aures cru-
cis ſigno, & luſtrali aqua expiari. Protinus illa ve-
lut è veterno experrecta, quicquid de iis, quæ a
beatam immortalitatem pertinebant, dicebatur
probè intellexit, obedienter impleuit ſingula, &
mortem piè oppetiit.

77. Ibidem ad ſuum etiam veluti feſtum de-
functis Sodalibus inſtituendum, in octaua feſti So-
dalitatis, quod eſt B.V. Viſitantis, erecto præcelſ
tumulo, appoſitis geminis viuorũ hinc, inde mor
tuorum Sodalium labaris, appenſis circum vſque
quaquè mortualibus imaginibus vnà, & catalogi
defunctorum, collucentibus per maiora candela
bra tot facibus, quot hoc anno è Sodalibus vitâ de
ceſſerant, accitis ad pompam externis, denique Sa
cro ſolenni, aliiſque funebribus, exequiæ omniun
Sodalium celebratæ. Fuit hoc ſecundum feſtum
velut vmbra priori Sodalitatis feſto adiuncta, pla
cuitque cumulata omnium in vnum, velut acer
uum memoria, futura exemplo poſteris, & Sodali-
bus ad non intermorituram animarum opem no-
ſtram implorantium memoriam, incitamento in-
ſigni.

§. XI.

DE ANIMABVS IN PVRGATORIO.

78. LAbaci fæmina nobilis, & erga noſtrum
templum non ſemel benefica, anni ſu-
perioris exeuntis menſe Nouembri, filiam qua-
drien-

riennio anteà iam defunctam felici] morte ſecuta
ſt. Huius olim duæ ancillæ narrant, illam 7. Ia-
uarij hoc anno vnà cum filiâ ſe in vtriuſque con-
ectum dediſſe ſpectabilem; matrem in pectore,
liam genibus atratam vtrique viſam. Maritus fi-
æ, ſeu iunioris, ab ancillis commonitus, altero
ie ſacrificia mortualia procurauit. ſed ad ancillæ
lterius lectulum ambæ iterum adfuêre: quæ cùm
ectro perturbata in clamorem erupiſſet, ac illo
omeſticos excitaſſet, ſenior admoto ad os digito
lentium poſtulabat, aiebátque: Nónne nos noſti?
onæ animæ ſumus. Tũ etiam pro ſe à genero pro-
urari ſacrificia poſtulauit: ea enim quę curata fuiſ-
ent, ceſſiſſe in filiæ leuamentum. Adiecit ad hæc,
t idem curaret Deiparæ Virginis ſtatuam pretio
7. florenorum, id eſt, ferè ſex aureorum. Præterea
t puellæ duæ, ac 12. pauperes veſtirentur. Quæ
mnia vbi citra moram peracta ſunt quàm accura-
iſſimè, retulit ſexennis paruula ſenioris neptis,
uiam ſuam ſibi conſpectam, ampliſſimis gratiis
edditis, ex oculis abiiſſe. Iucundum id fuit ami-
is, audire, illos qui apud nos conſcientiam ex-
iant, morte tali obire, quæ ſalutis æternæ ſit ianua.
Quicquid autem trium harum teſtificatio fidei aut
nficiationis mereatur, certè inficias ire non poſſu-
nus, rem hanc noſtris ad commouendam erga ex-
les illas animas miſericordiam conatibus procli-
itatis plurimùm ac efficacitatis, ac fortè nonnul-
am etiam templo noſtro gratiam addidiſſe.

79. Tyrnauiæ cùm viuorum indulgentiæ Ro-

mam

mam hoc anno quaſi ad caput reuocatæ comm
graſſent, ne fidelium pietas laſſitudine quapia
torpeſceret, versâ in pios manes curâ, per pub
cas conciones de hoc argumento ſæpiùs factas
ctum, vt etiam citra omnem pro nobis indulge
tiarum quæſtũ, etiam hoc anno, DEO indulgenti
rum Domino ideò quàm impenſiſſimè ſeruiamu
quia id meretur. Cæterùm illam indulgentiaru
Romam commigrationem vbi citra vllum defu
ctorum detrimentum in Iubileo fieri didicit pop
lus, omnem lucrandarum indulgentiarum ind
ſtriam in illorum animas conuertit, munificent
ſimè Iubileo illis in beata immortalitate feſtina
do intentus. Eam etiam in rem vni è templi tur
bus nouum æs campanum appenſum eſt pro defu
ctis, quæ ſuo pulſu veſpertino, nouum, & in Vng
ria fortè hactenus nunquam viſum, inuitamentu
eſſet ciuitati, ad comprecandum pro fidelium an
mabus. Res eo ipſo die pro concione latè explic
ta omnium expectationem exacuit. & facilè dic
tus vndique rumor, ipſum etiam Regni Prim
tem Archiepiſcopum habuit laudatorem, adeò
ſolidum hoc pietatis genus latiùs etiam propag
tum velit. & verò iam Selliam, & ad reliqua Coll
gij bona cœpit extendi: & libellus à Sodalita
impreſſus, qui eſſet ſubſidiarius ad animas in
agone ac Purgatorio quot hebdoma-
dis enixiùs adiuuan-
das.

§. XII.

§. XII.

MISCELLANEA.

80. CLagenfurti, deſiderante id Prouinciâ,
triumphale pacis feſtum palàm in pla-
eâ diuinæ gloriæ dedicatum. Poſita glorioſæ Vir-
ini Matri, tanquam æternę pacis ſequeſtræ, ac fun-
atrici columna. & 24. Prouinciæ pulchro pacis
nculo conſertè colligatæ. Reliquum pompæ mu-
ca & emblemata occuparunt.

81. Goritienſe Collegium in annonæ dif-
cultate ad publicam vſque famem increſcente,
entenos quotidie pauperes aluit per bimeſtre.

82. Græcij in arce vrbi imminente milites
er conciones & Sacramenta ita exculti, vt iam &
iliciorum, & duræ in aſſeribus quietis capiendæ
ſus iſtic nouus non ſit. Illud non inter poſtrema
onendum, quòd eiuſdem ſortis fæmina ſi quan-
o quempiam à ſe linguâ perſtrictum aduerteret,
nguam felle, vt ſic noxam expiaret, perunxerit.

83. In Miſſione Carolianâ Sacerdos noſter
e ſalutaribus miſericordiæ operibus pro pulpito
ixerat, quantum in vtramque partem ponderis
abeant apud Devm, ad præmium, ſi exerceantur;
d pœnam, ſi vrgente neceſſitate omittantur. Ad-
idit dictis momentum perſanè magnum, & ex-
mplum mirabilis Devs! In communi annonæ ca-
amitate, vidua miſerabilis, cùm nihil domi ſuæ ha-
eret, quod longæ ſex prolium fami ad quale qua-

le

le ſaltem leuamentum obiiceret, vicinâ è dom
ſtipem petiit. Negabat eius domûs materfamilia
domi ſuæ panem eſſe, cùm tamen decem recente
à furno, eóſque prægrandes, pro patriæ more, ha
beret. Tum vidua miſerabili fame, ſuorum lacry
mis, ac immiti illâ repulsâ in rabiem verſa, infeli
cem famem vnà & gulam laqueo fregit. Inter hæ
domum redux Paterfamilias vxore facilior libera
liórque, illam interrogat, num quis iſtic fuiſſet
Reſpondit illa, neminem adfuiſſe, præter viduam
& ſex proles, quæ panem extremę fami petierit, ſe
nihil impetrârit. Ille ſordidum auaræ coniugis ge
nium execratus, arrepto pane ad viduam aduolat
& collacrymantem in fame ac orbitate recenti fa
miliam, matrem verò iam ſtrangulatam videt. Mo
panem in orphanos dum parat diuidere, in apert
panis medio maſſam è ſanguine concretam reperi
totus attonitus. Tum anxiè anceps conſilij do
mum redit; ac alios panes cultro partitur in par
tes: ſed ecce & in illis ſingulis cruentam medul
lam! ſanguinarium nempe fuit crudelis illius fæ
minæ panem eſurienti negantis mendacium! ma
gno DEI per hæc docentis magiſterio, vt vel hi
edocti mortales diſcant beati eſſe intelligendo ſu
per egenum & pauperem.

84. Ibidem vir nobilis inconſultâ voce de
morbo coniugis queribundus, Eccur ſe DEVS in-
columem ſineret ægrâ coniuge, aiebat. Se profe-
ctò illius ægrotationem minore animi ægritudi e
laturum, ſi æger eſſet ipſe quoque, quàm ſi ægra n

vide-

ideret incolumis. Verumenimuerò vbi diro ca-
itis dolore febribúſque accenſum, & in lectum
eiectum ſe mox vidit, accito è Societate Patri te-
eritatem ſuam aperuit, deprecatúſque DEVM
ppliciter, ab ægrimonia vigori eſt priſtino reſti-
itus.

85. Zagrabiæ, ad Societatis iſtic ſtabiliendæ
mitatem acceſſit, quòd IoannesSzakmardius Re-
ni Protonotarius, vir nobilis, & imminentium
telligens, cùm in Poſonienſibus Regni Vngariæ
omitiis variâ ſectariorum arte per quoſdam quæ-
am extorqueri, & plura in molitione eſſe intro-
iceret, ſolertiùs anteuertendum ratus, diploma
onte ſuâ impetrârit, quo Societas in illis parti-
us, tametſi eidem Vngariæ coronæ adnexis, eximi-
ır ab iis, quæ quocunque tempore contra Socie-
tem in eo Regno iactata, ſcripta, vel dicta ſunt.

86. Ibidem, Noſtri pro auita eius gentis inte-
ritate, contra infames libidines pro aris & focis
endâ non ſemel, ídque acriter ad concionem
erorantis voce permotus vrbicus magiſtratus, fæ-
inam, quæ ſceleribus adeò indomitis exarſerat,
: contra quàm DEI, & patriæ leges, ac priſca Re-
ni, & coronæ vniuerſæ pudicitia patiatur, proſti-
itum pudorem venalitio ſcelere venundare non
rubeſceret, prima, & paulò pòſt, ſi id ſuccede-
et, non ſola futura, cùm noſtro illi Patri, quòd ſua
icinora perſtringeret, proteruè minaretur, publi-
o ſenatuſconſulto, more maiorum infami carni-
cis manu dolore, ignominiáque notatam, in
omnium

omnium ciuium conſpectu è caſtâ vrbe exegerit, ne inuſitato iſtic ad hæc vſque tempora id genu dehoneſtamento priſcis moribus labes crearetur & neglectui habita hæc ſcintilla, vno exemplo po ſteros ad plura manu non tam facili extinguend laceſſeret; fierétque ſenſim vrbs inter fornices lu parum ſpelunca ſcortorum: facilè reſpondentibu nobis ad exempla vrbium nonnullarum: *Nos ta lem conſuetudinem non habemus*: & præſtat his no inſici, quàm mundari.

§. XIII.

DE IIS QVI HOC ANNO M.DC.L iſtic vitâ ſunt functi.

87. NOn paucos hoc anno in Auſtriæ Pro uincia, feliciter exauthoratos mortali tate deſertâ, cælo, vt ſperamus, authorauit optimu DEVS. Crembſij duos. *P. Matthiam Hierenl-ehne* Collegij tertium Rectorem, Græcij ante annos vn dequinquaginta natum, & ante tricenos ferè So cietati adiunctum, ac in ea Coadiutorem ſpiritua lem formatum: cuius celſitas animi, & magnitu do inſignitè ſibi conſtitit, etiam Sueco inter Au ſtriæ turbamenta vrbe potito. Potior ætas illi fer in gubernando exacta. Collegij Crembſenſis fa bricam à fundamentis excitauit. Cùm præeſſet demiſſione conciliandis animis mirè idoneâ, & in effabili quadam affabilitate, totóque regendi geni tam Superiores, quàm eos, quibus præerat, mirun in-

modum delectabat. quo etiam gratæ ſuauitatis
uthoramento in animis dextrè tractandis, ac op-
ortunè perſanandis perſanè multùm potuit; exe-
uialibus Crembſenſium amicum caput dolenter
gentium lacrymis affatim cumulatus : pro quâ
rbe anno ſuperiore peſtilentiæ clade quaſſatâ, vt
ſe deuouere poſſet ad obſequia morientium, fla-
rantiſſimè flagitârat.

88. Octo dierum interiectu ante hunc, 4. O-
obris, illo vndecim annis iunior prior venit ad
onumentum *P. Georgius Loth* Paſſauienſis : quem
natura & virtus, conſertis quaſi manibus in eo-
m, quibuſcum agebat, animos inductum inſere-
ant, liberali comitate ſermonis, & ſuaui zeli cæ-
ſtis calore ad DEVM aliis perſuadendum, etiam
er calcatas falſò obloquentium linguas intentum.
úmque illa innatæ gratiæ quaſi authoritate apud
ios præpolleret, muſicum templi noſtri chorum
â induſtriâ, & amicorum liberalitate, muſicæ &
ſe non minùs peritus quàm amans, erexit; po-
ns etiam ac promptus ad ſubleuandam complu-
um egeſtatem. Suprema tamen, & in occaſioni-
us ingenuæ illi fronti perarduis, magno haud ſe-
el argumento conteſtata enituit in illo humili-
s, quæ illi contra puſillanimitatem ſpiritûs, &
mpeſtatem ſacræ anchoræ inſtar fuit.

89. Goritiæ primus fuit *P. Antonius Poſarel*
5. Iunij, & *P. Franciſcus Briani* exeunte Auguſto,
oritienſis vterque, vterque 4. vota profeſſus. ille
onſolandis aliorum mœroribus foris acceptus,

domi facilis moderatu, vbique ad omnia multimo-
dæ charitatis munia, toto ingenio perſcienter a
perliberaliter, multiformitérque attentus. Hic ve-
rò ſupra reliquas dotes, concionum præcipuè ſtu
dio perfunctus, atque animorum contumaciter
controuerſioſorum, flexanimis artibus, pacificato
rius fecialis.

90. Græcij duorum alter fuit *Ioannes Adamu*
Scholzen Viennenſis, quem 3. Maij acerba mors
Logica decerpſit, ceu turbo naſcentem roſam.
Vultum eius & oculos implebat innocentis cuiuſ
dam, perpetuæ, atque è mutuâ naturæ & diſciplin
conſortione conſertæ modeſtiæ tenella & caſta
lux. Conſcientia tam cuſtodita, vt toto tirocini
biennio nunquam ſe illam meminerit vllâ veniali
etiam næui nubeculâ, cui quidem libera voluntati
deliberatio acceſſerit, temeraſſe. De cæleſti Matr
cogitanti cor ſibi abripi aliquando ingenuo can
dore, teneritatéque confeſſus, in illius nomen to
tus, totus in Chriſtum in Cruce & in Euchariſtia
dilectum, vultu, oculis, lacrymis hiabat, etiam fa
cie in haud obſcuras animi diuina ſentientis ima
gines abeunte. Dies qui illum nocti noſtræ eri
puit, non paucis in amplo illo Prouinciæ Semina
rio, religioſas, non ſine perdulci ſenſu, emendatic
ris vitæ cogitationes iniecit. Putatur non eam tan
tùm, quâ ſe ante tirocinium Deo deuouerat, puri
tatem, verùm primam etiam vitæ innocentiam
non violatâ Baptiſmi fide, integram conſeruaſſe.

91. Hunc eodem Maio ponè ſecutus eſt *P. Si*
mon

von VVolgemuet Prutenus, annos natus quatuor &
ſexaginta. iis Operarij verè fidelis dotibus libera-
liter à DEO donatus, vt ex iis, quæ ille fecit, leges
conflari poſſint, è quibus perſpici poſſit, quid ſit
operario, ſuî accumulatè prodigo, faciendum. Ille
charitati venalem in peſte animam dedit, paratus
illam eo in opere lubens relinquere. Ædem Laza-
ri ſacello pereleganti, & ſacrificali ſupellectili in-
ſtruxit, legibúſque adſtrinxit; vagis pauperibus, vt
ſupra n. 72. dictum, eleemoſynæ illicio allectis quot
hebdomadis feriâ 6 de Sacro, & adhortatione pro-
uidit. Morbo demum ab alterius morte collecto,
cui ſine intermiſſione adſtiterat, cùm pro illius in-
columitate plurimùm lacrymatum ab externis,
ac ſacrificatum, & per anathemata, peregrinatio-
néſque apud DEVM flagranter ſupplicatum eſſet,
ſuccubuit; conſcientiæ quàm religioſiſſimè per-
purgandæ ita intentus, vt intra paucos dies vitam
vniuerſam coràm Confeſſario tertiùm relegerit, &
frequenti aliàs etiam expiatione ac Sacramentis
ſupremo ad decretorium tribunal itineri ſe ſe ac-
cinxerit.

92. Iudenburgi *Ioannes Keller* Coadiutor in
Societate, Chriſti ætatem expleuit. vir gnauus, &
aliis exemplo author ad optima. vnus plurium par-
tes cumulatè implebat, ídque facilitate tantâ & ci-
tra ſtrepitum, vt nihil agere videretur. Viennæ cùm
priùs ter ſe dediſſet ad obſequia peſte tactorum,
quartò demum & ipſe contactus, conſanuit; &
quâ efferendus erat feriali vrnâ, Patrem cui eâ in

ſparta charitatis comes erat, extulit, viſo etiam à S. P. N. Ignatio recreatus, vt quidem famâ non obſcurâ, nec ab eius virtute alienâ ferebatur. Paupertatis & precandi ſtudio, Sacramentorum religioni, ac plurimæ erga Deiparam pietati, & impigræ charitati ſic addictus, vt hæ illi fuerint artes & inſtrumenta pretiosè viuendi, & optatò moriendi.

93. Pletria cælo addixit 30. Octobris *P. Ioannem Fries* 4. vota profeſſum, viuido ingenio, nec inerudito, virum. Hic præcipitem ſuum calorem ne quid charitati officeret, non parcis lacrymis diluebat: maximo inter migrandum ſolatio, etiam in inteſtinis triſtiſſimíſque doloribus, geſtiens, quòd in ſinu S. P. Ignatij moreretur.

94. Lincij *P. Michaël Euſebius Puz* Auſtriacus, 27. Septembris diem, ante annos vndequadraginta natalem, hoc anno mortualem habuit. Hunc modeſtâ quâdam gratiâ priuatim publicéq dicendi pollentem, longâ in tabe valetudo, ac tandem vita deſtituit; cor totum per ſelectas aſpirationes adeò exaggerantem in DEVM, vt pro dolorum auctario, quiduis ærumnarum, etiam diram inferni æternitatem, ſibi depoſceret, ſi quo maioris DEI gloriæ incremento id fieri poſſe putaret.

95. Tergeſtinis ereptus eſt *P. Laurentius Chryſogonus* ab anno 1624. quatuor votis adſtrictus. Pro acceptæ à DEO ad Societatem vocationis beneficio, quotidie 7. Pſalmos Pœnitentiales, & glorioſæ Virginis Deiparæ coronam in grati anim

pen-

penſum recitabat, etiam S.Barbaræ Virg.Mart.impenſiùs colendę ſtudioſus: cuius honori ad Goritiã ſacellum, & Sodalitium exexit; aliâ etiam Ciuium Sodalitate fundatâ Tergeſti, atque Hamburgi. Flumine noſtros primus, ac ſubinde Laureti Collegium Illyricorum rexit, multis aliis ornamentis, ac ſtudioſiſſimè perquiſito imprimis DEI Matris cultu, & Sodalitatum accurandarum ſolertiâ exquiſitus. Paruulam diuinæ Matris paruulum ſinu complexæ effigiem, quoad poterat, abire de oculis non ſinebat: & ſi quam eius iconem videret, illam cum Angelo ſalutabat: ſtatuam illius anno Societatis ſeculari Græcij erexit; de eâdem Virgine loqui ac ſcribere vnicè delectatus. quocirca tomis duobus varias & ſanctas variorum MARIAnorum ſcriptorum lucernas pretiosè affatímque olentibus, nouam *Mundi* MARIAni fabricam eruditè architectatus eſt: relicto tomo tertio, & ipſo vario, nec inutili apis huius pro MARIA argumentoſæ veſtigio. Nihil, quod adornando prudentiſſimâ tempeſtiuitate ad æternitatem itineri opportunũ eſt, omiſit; quam etiam religiosè ingreſſus eſt in ipſo ſalutatæ ab Angelo DEI Matris peruigilio: condito iam anno 1649. 14. Decemb. ſpirituali teſtamento, in quo impenſiſſimâ contentione & Sacramenta morientium ſe deſiderare proteſtatur, & pretioſos doloris ac amoris actus accumulatiſſimè elaboratâ quadam accuratione concipit, & arma parat contra ictum ſerpentis calcaneo inſidias paraturi, & ſpem ſuam Chriſti morientis ſanguine

animatam ab omni deſperantis aut præſidentis a-
nimi periculo prouidenter tuetur; credentem, ſpe-
rantem, amantem animam in Chriſti latere ad cor
conſepelit: denique MARIÆ, ac Societatis, vtriuſq;
Matris, & S.P. Ignatij, aliorúmque prolixè memor,
ſe in omnes partes verſat quàm religioſiſſimè, pro-
uidentiſſimè, ac ſecuriſſimè moriendi.

96. Tyrnauiæ ipſo magno Chriſti morientis
die benè ante lucem Chriſto commortuus eſt
VVolffgangus Purchſtaller Tyrolenſis Coadiutor,
ingenio, manu, voluntate perſeueranter prom-
ptus, annis in Societate 18. Tyrnauiæ 16. labore
vario alacri cum lætitiâ exantlatis, porrectis hi-
larè citra tædium ad omnia brachiis charitatis i-
pſis laboribus geſtientis. Conſcientiæ innocentia,
Sacramentorum veneratio & frequens vſurpatio,
coronæ MARIAnæ recitatio vltimum illi longi ac
diri hydropis leuamentum fuit, ac vitæ condimen-
tum. Vltimâ vitæ ſuæ horâ, imò horæ quadrante
ſupremo, Litanias de nomine IESV cum Con-
feſſario, & valetudinario recitauit, protinus in
agonem breuiſſimum, & facillimum reſolutus.

97. Viennæ 27 Auguſti *Henricus VValch* an-
nos vitæ 87. Societatis 67. morte expleuit: vete-
rano virtutis documento, & intermicantibus il-
luſtribus quibuſdam inter diuina loquendum lu-
minibus, non ſine audientium ſuaui admiratione,
plenus. Ibat appensâ ad collum DEI Matris corol-
lâ pretiosè torquatus, & cæcitatem, aurium de
DEO aliquid audientium leuamento ſolatus; præ-
ci-

ipuè ſi quid de tenero IESV, aut eius Matre Vir-
ine diceret vel audiret, vbertim coortis gaudio
acrymis coopertus; ac ſibi nunquam longas viſas
randi horas teſtatus, amabile tanti Collegij ſpe-
taculum,& exemplum.

98. Ibidem ad S. Bernardum illis additus eſt
Georgius Kerzinger ſexagenario per biennium ſe-
ior, Oeconomus per annos 20. vir multifariàm
tilis, & in procellis æſtûs bellici multa perpeſ-
us; dum veſtem religioſam cum ſeculari mutare
antiſper iuberetur, ne illa eſſet irritamentum
urori hæretico & militari, reſpondebat: Malle
cum hac, & in hac emori, quàm ſine hac ſecu-
um viuere. Diligens in illo & ſagax etiam ad mi-
ima quæque ac propè impatiens paupertas, ne
uà fortaſſe laxaretur, fuit. Coadiutorum alio-
um nomina breuitas iubet omittere. Vna eorum
irtus fuit, orandi & laborandi aſſiduitatem ar-
tè coniungere.

99. Viennæ item ad S. Annam è tirocinio æ-
ernæ Societati authoratus eſt *Erneſtus Stupanus*
Viennenſis. cuius totam indolem gratia & natura
ræclarè conflauerant: verùm duodeuiceſimo vi-
e, altero verò initi noſtri tirocinij anno mors
mnia interuertit: & iuuenem altiùs altiúſque
demittendi, ac plurimùm patiendi continen-
er auidum, acerba illa, ſed à conſuetis innocen-
æ cum IESV & MARIA ſolatiis amanter tenera,
EO aſſeruit.

100. Zagrabiæ *P. Iacobum Kirinich* ſpiritua-

lem Coadiutorem, 7. Maij pleuritica febris extin xit: virum, ſubditorum, quibus pro munere Pro curatoris præerat, lacrymis, ab æquitate ac beni gnitate impenſiùs laudatum.

Tertio demum Octobris ibidem *P. Leonar dum Bagnum* Rectorem Collegio ademit mors plu rimis morborum velut apparitoribus comitata, & longa: vt verè mori ſe ſenſerit. Flumine vtili ter, ac ſuauiter gubernauit. Sodalitia ſcitè accu ratéque moderatus eſt. Nulla in illo radix ama ritudinis, ac dulcis vſque ad facetias patientia, & quoddam in monendo illicium comitatis, chari tatíſque iis dotibus opulentæ, quibus ornatam Paulus adumbrauit, patientem, benignam, non inflatam, & per plura decora glorioſam, quæ ibi deſcripta, in hoc viro, velut in con- fertâ epitome, aggerata lege- bantur, & ama- bantur.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ BOHEMIÆ M. DC. L.

§. I.

QVÆDAM VNIVERSÆ PROVINCIÆ communia.

FVit annus hic 1650. pacis gaudiis, & reſtaurandis per Bohemiam iuſſu Cæſareo, Religionis rebus, annus pacis, & inſtauratitius. Eam in rem habuit hoc anno hæc Prouincia domicilia tria, & viginti; Socios omnes tam extra, quàm intra Prouinciam, ſexcentos, & vndecim; Sacerdotes in Prouincia, trecentos quatuordecim; Miſſiones, vnam & ſeptuaginta.

2. In decem domiciliis (nam alia numerum non perſcripſere) Euchariſtico Sacramento refecti plus quàm centies, & trigeſies bis milleni; perniciabili quorundam commento interuerſo, quo magna vociferatione conclamabant, lethalis noxæ reum eſſe, qui annuo ſpatio necdum euoluto ſępiùs auſit, quàm ſemel tremendo Sacramento accumbere. Confeſſiones generales auditæ mille triginta aliquot. Diffidentium coniugum, fratrum, ſororum, parentum cum filiis, ac perſonarum etiam

Deo ſacrarum, animi, poſt longa, & veneno a
ferro armata, & à Sacramentorum vſurpatione
auocantia odia, paci ſuauiſſimæ reſtituti quàm
plurimi: quos inter, orba cæſo filio mater Litom
ritij, pro reo apud Iudices vitam, & veniam ipſa v
ſit. Superſtitiones vno in loco ſublatæ ſexagint
& alibi paſſim plures, ac periculoſæ. Exerciti
S. P. Noſtri inſtructi, etiam Dynaſtæ, Religioſi,
ſeculares non pauci.

§. II.
SINGVLARIA DE IIS QVI AD fidem reſipuêre.

3. EOs, qui Eccleſiæ Romanæ ritè ſunt reſt
tuti, hoc anno numeramus ter mille ſe
ptingentos octoginta ſeptem: & Iudæus vnus
Eos inter memorabilis eſt in Pazmaniana Wſeti
nenſium miſſione, Valachica quædam fæmina ha
retica veterana, eóque veneni retinentior, qu
mortem iam è ianuis operiens, dixit, ſe diuinitù
monitam per quietem, vt animo malâ fluctuatio
ne iam feſſo in Eccleſia Romana leuamentum pe
quireret. Cœpto die opportunè adfuit Noſter
Collegio Hradiſtienſi, in ſumma ſacrorum homi
num indigentia eò ductus à Iudice; qui expiatæ le
uamentum petitum accumulatè attulit. Illa vero
quaſi cum hæreſi ac peccatis pellem etiam, atqu
adeò mortem exuiſſet, pedetentim ad vires rediit
ac beneficij magnitudinem agnoſcit, & grata æſti
mat etiamnum.

4. Huc

4. Huc pertinet illa prouidentis DEI beni-
nitas, vt quod in demoliendâ noſtrâ induſtriâ
ıoliebatur malitia, interuerteret veritatis DEVS.
um per omnem latè viciniam non infelici meſſi
etam operam impenderet Kuttenbergenſe Colle-
ium, ſuóne, an alieno, an vtroq; ſtudio, vel finiti-
ıorum quorumpiam hortatu, incertum, quinqua-
eni ſepteni ruſtici, veteratoriè malum architecta-
aggreſsíque, adinuentâ animo fraude, vt ſub Ca-
ıolico nomine latere poſſent hæretici, ciuem Ca-
ıolicum eiúſque filium induxêre, vt ſanctis Reli-
ionibus crebriùs, at ſemper per ſacrilegium vſur-
atis, tot ac tales peractæ iſtic ſacræ Confeſſionis
: Euchariſtiæ perceptæ teſſeras referrent, quot,
ualéſque in quinquagena & ſeptena capita cau-
è atque aptè ſufficerent, ad faciendum fucum exa-
ıini teſſeram Sacramentorum apud orthodoxos
tè perceptorum poſtulaturo. Et verò quis inter-
oſcat vera ſit anne falſa pietas, & ſibi mentita
ıiquitas. At non diu obtrectatum eſt DEO. Dete-
tus breuì ruſticè vulpinus animus, & cruda indo-
es; ac fraudis architecti iuſſi arcto carcere attine-
, dolos breuì dedocti ceruicem ruſticariam iugo
atholico ſubmiſêre. Ciuis verò infelix, totiéſ-
ue ſacrilegus, vnà cum filio culpæ ac pœnæ hære-
e, non tantùm acerbis omnium ſermonibus, ve-
ùm etiam in foro, pœnario virgarum ſupplicio,
robroſo dolore vapulauit, & ſolum vertere com-
ulſus eſt actutum totâ iuſſus abeſſe Bohemiâ; quę,
t mare cadauera, id genus inquinamenta iam diu

non

non patitur. Quocirca & is, qui falſi rumoris au-
thor fuerat, quòd Sueci ad vindicandam calic
licentiam arma ſint propediem in Bohemiam r
portaturi, vt dignum infamis mendacij præmiu
ferret, ferro vinctus Pragam eſt amandatus.

5. In Miſſione Mereſchouienſi cuidam cent
ſimo decimo feſſæ iam ætatis anno fidei lumen i
luxit. Octogenaria quædam, vbi primùm expe
ta eſt abſconditam in piaculari Pœnitentiæ Sacr
mento ſuauitatem, aliter atque antehac ment
conceperat, lætitiarum plena ſe ſe ad canendum
Magnificat anima mea Dominum, tota effudit; qu
res ad illicium plurium non rarò condimentum e
omnium concionum.

6. Cuidam in enorme ſcelus prolapſæ, ſcel
ipſum occaſio fuit ſe ſe orthodoxis partibus a
iungendi, DEO è peſſimis optima educente. Et
nim cùm ab irrequieto cordis laniatu, ac infeli
verme quietem inuenire non poſſet, ad Sacrame
ti opem accurrit, & à Noſtro inſtructa eſt & expi
ta: vbi ſuaui tranquillitate perfuſa, gauiſa demu
eſt ſe acquieuiſſe agnitæ veritati; cùm tamen a
tehac ſemetipſam execrata identidem exclamare
malle ſe totum caput diris omnibus, quàm fidei C
tholicæ deuouere.

7. Neo-Pragæ alij cuipiam per lubricam lin
guæ intemperiem contigit in magiſtratum effra
natè quidpiam effutire. At enim hac ipsâ occaſio
ne illum Eccleſiæ ſuæ aſſeruit bonus DEVS. Na
ille carceri mancipatus, oblatam ſibi, ſi Cathol

co-

rum ſacris vti deinceps conſtans vellet, impuni-
em, lubens amplexus; edoctus, expiatus, pul-
rum promptæ voluntatis manupretium tulit ge-
nam libertatem.

8. Ibidem matrona hæretica cùm ipſo corpo-
Chriſti die triumphalia Catholica procaciùs
ideret, altero die vnà cum paruulo, quem am-
xu gerebat, humi repentè ita proruit, vt & ſe
uiter oblæſerit, & paruulum ruentis corporis
le pondereque obtriuerit. Ingemuit enimuerò,
ex hodiernâ pœnâ heſternam culpam, hæreſim,
ccata omnia deteſtata eſt ad Noſtri pedes ſup-
x. Iamque viuit Catholica: & religiosè adorat
mirabilitatem prouidentiæ Dei etiam inter no-
noxarúmque ſupplicia æternas miſericordias
ninantis.

9. In Miſſione Nachodienſi nonnemo, qui
guſtam Dei Matrem iam inde à puero, vſitatis
ngeli & Eliſabethæ verbis adſalutabat etiam-
m hæreticus diſputator, tandem benigno Dei
dio ſe victum dedit, vt ibi eſſet, vbi Maria, &
te hanc Devs, verè ac religiosè percelebratur &
litur. Et eſt qui referat, ſe acerbas dæmonis
erelas audiuiſſe, de opimâ hac prædâ ſibi ereptâ
nqueſti: Cuius etiam infelicis genij machina-
entum fuit id, quod addo.

10. Znoymæ Nurembergenſi ſartori Catho-
ca conſilia impenſiùs meditanti, vt intercederet
iritus ille plenus inuidiæ, truci minatu triſtiſſima
æque ſuggerebat, ponderoſis verbis tonare in
aures

aures viſus identidem, fore, vt ſi Catholicus viu
ret, vitam degeret parùm pacatam: parùm pacata
autem? imò verò valetudine ipsâ miſerè perturba
ſemper, ac triſti, & atrociter aduersâ fortunâ vſur
Sed ille vel ab ipſis minis ardentior, ſana cõſilia
ne morâ executus, ipſo felicis ad meliora tranſiti
nis ſuæ die, à tentabundo dæmone num à benè i
choatis pedẽ referret, vt antea minis, ita nunc ip
doloribus territare pergente, malè acceptus, ſe
tiebat ingraueſcentes ventriculi dolores & capiti
eóſque atroces adeò, vt nocte totâ inſomnis m
gis quàm peruigil inter funeſtas tenebras, & d
ram quandam velut inſaniam, cruciamentis, ta
quam intemperiis, ageretur. At ille his maior pe
ſtitit in arrepto. Neque imperterritæ viri conſta
tiæ defuit fidelis DEVS. Nam illa valetudinis & m
narum turbamenta omnia ſtatim atque Neo-O
thodoxus ille cæleſti apud nos menſæ primùm cõ
uiua accubuit, deſiêre: ſimúlque ille didicit, quà
DEO placeat, ſi quis fortiter audeat in DEI gra
tiam dæmoni diſplicere.

II. Aliâ viâ Catholicam, id eſt, vnicam a
ſalutem viam inuênit Egrenſis illa ætate iam gra
uior, & conditionis non poſtremæ fæmina. Hæ
ad Patres vltrò ipſa cùm acceſſiſſet, aiebat ſibi pe
uigili obiectam per noctes aliquot ſpeciem Sacer
dotis, quaſi ſacris myſteriis operantis, & citra in
quietum terrorem fuiſſe ſpectaculum, imò cùn
liquidâ geſtientis plurimùm animi voluptate. R
poſtea in examen adductâ, relectis temporis ante

greſſi

eſſi per annorum progreſſiones veſtigiis ven-
m eſt ad rei caput; & inuentum, quòd olim il-
d cubiculum ſacratioribus vſibus, adeóque ſa-
llo domeſtico deſeruiſſet. Illa viſum ſalutariter
terpretata, confeſtim ad Catholica ſacra migra-
t, ritè facta & ipſa iam ſacellum, ſeu templum
EI.

12. Atque vt maneamus in templo, non pige-
t & memorabile illud adiicere diuinæ beneficen-
e alia ex aliis mirè nectentis argumentum. Apud
grenſes communi nos horis aliis, & aliis cum
ereticis templo vti coëgit extrema neceſſitas.
oſter ab iis, qui templum ſibi arrogabant, id pe-
t, quod etiam Sueci, dum adeſſent, Catholicis
ud grauatè concedebant, vt nempe, Natalibus
hriſti feriis Catholico cœtui horis poſtmeridia-
s templo vti liceret, cùm locus alius idoneus nul-
s eſſet. Cùm verò id, quod petebatur, ſuperbè
gant hæretici, & inſuper tumultuosè perſtre-
int; bellici magiſtratûs ſenatuſconculto actu-
m templo toto arcentur. Eam rem indigniùs
im ferrent acriter irritati ſacricolæ Lutheriani,
tero die in conſuetâ comprecationis ſerie, ſeclu-
Ferdinandi III. Cæſaris nomine, veluti anathe-
atis notâ contaminato, ſeu parùm propitio, eóq;
â precum ſanctitate indigno, Reginam Sueciæ
ffecêre. quâ peruicaciâ offenſus magiſtratus,
iintâ & viceſimâ Ianuarij die, obtento à Cæſareâ
aieſtate diplomate, quo concionales miniſtri o-
nibus ſuæ ſectæ muniis ſuperſedere iubebantur,

eóque

eóque in templum ipsâ hæreticæ concionis ho
illato, illi nullâ interpoſitâ tergiuerſatione exeſſ
Noſtri verò cum Catholicis templum ritè occup
re ſunt iuſſi, vigili milite ac attento, paratóque
omnem ſeditionis euentum. Verùm illi iam qu
dẽ à templo exules, adducto grauiore ſupercilio,
artes, quas callentiſſimè tenet hæreſis, clam co
uerſi, cùm variè machinarentur, & minari etia
inciperent, nouo Maieſtatis Cæſareæ Regiæque
fulmine, non tantùm è templo, verùm etiam ex v
be ipsâ, totóque vrbis territorio, minaciter excu
ſi ſunt, variâ vrbis, vt quiſque illos odio vel amo
proſequebatur, gratulationis, doloríſue ſignific
tione. Et ne quid deeſſet ad pompam, non ſine
appenſis ab auriga nolis exceſſêre, vnde Ieſuit
à ſe propediem in exilium eiiciendos nuper o
maximo conclamabant.

§. III.

AVGVSTISSIMÆ DEIPAR
cultus, & beneficentia.

13. PRimani ſub hoc titulo ſunt Sodales
quorum exempla luculento ſunt docu
mento, tenerâ erga cæleſtem Reginam religion
non effæminari animos ad otioſam teneritatem,
verùm exſtimulari acerrimè ad virtutem. Magnu
illis frequenter orandi vſus. Nonnullis ipſe horo
logij horas loquentis ſonus à memoriâ eſt, vt a
deſtinatum horæ illi IESV patientis myſterium
breuiſ-

reuiſſimâ eius ponderatione adſpirent. Niſſæ ſti-
em in Oratorio Sodales ciues millenis ac trice-
is pauperibus porrexêre. Iglauienſis paruulus,
ùm ad manum flagella non eſſent, ad volunta-
um ſupplicium vrticas recentes in ſupplemen-
ım vertit. Fuit alio in loco quiſpiam, qui vt im-
ırum Satanæ angelum à ſe abigeret, poſt alia va-
è tentata, toto triduo nihil cibi, nihil potionis
dmiſit; in octo dies ieiunium porrecturus, ni ſa-
iora conſilia interceſſiſſent. Non defuêre, qui
d pulcherrimum egregiæ virtutis exercitium no-
e intempeſtâ conſurgerent, bona pro iis à DEO
agitaturi, à quibus ipſi mala acceperant. Alij pro
cceptis ab alio colaphis, mites gratias reddidêre,
ùm reddere par pari poſſent, & maiore ſolidæ ac
emper attentæ virtutis documento, quòd vel ad
xtemporalitatem vſque parata ſit inuenta.

14. Præter Sodalitates plura ſunt animo ad-
ıuenta, quibus cæli Regina quàm impenſiſſimè
oleretur. Solennis pompa religiosè ſupplican-
ium populorum; qualis illa Nouodomenſis, vbi
um vrbe vniuerſa, Virgini ex aſſe addictâ, Scholæ
aruulorum cum palmis, Congregationes cum ce-
eis atque Roſariis, Veteroboleſlauienſi Deiparæ
Matris imagini, quaſi pacis humeris, Viennâ ex
Auſtriâ in ſuã Bohemiam reduci, ſuccollante Col-
egij Nouodomenſis Rectore ac Patribus, portata,
eſto tubarum tympanorúmque ſono celebrata,
ræ impoſita, & ab Oratore noſtro ſolenni pane-
yri eleganter conſalutata, velut hoſpes gratiſſi-

ma,eoſdem à Societatis domiciliis honores habui
quacunque tranſiret; nam ſingula referre magn
ficè ac particulatim,tenerum eſſet quidem,& vti
ad pietatem,ſed otij ac operæ nimis longæ. Qu
circa & reliqua breuì expediam. Inſtitutæ ad pii
ſima Deiparæ ſanctuaria ſacræ Noſtrorum exped
tiones, quaſi Coloniæ MARIANæ. Erecta in fu
do Crumlouienſis Collegij ædes Lauretana: var
aucta in locis pluribus erga celebres beneficentiſ
mæ Matris imagines religio: permoti hac virtu
tis illecebrâ ad ardua & ſolida virtutum ſpecimin
complures: erecta eidem, & ſanctiſſimæ IESV do
mui, ſeu familiæ vniuerſæ, honori ac amori alta
ria; illius denique gloria flagrantiſſimè omnibu
artibus per Scholas, per Catechiſmos, per concio
nes,per colloquia, domi & foris propagata. Quar
etiam in rem non exiguo inuitamento fuêre be
neficia, quæ complectar, vt propoſui, breuì.

15. In Miſſione ſuperioris Glogouiæ Piſto
grillum ſibi per aures ingreſſum ratus,eóque men
tis propè impos, Patris cuiuſdam hortatu, ipſis Pu
rificatæ Deiparæ feriis vnà cum vxore cæleſti epu
lo primùm paſtus, Lauretanæ Virgini votum ap
pendit, & nocte proximâ vigil, neſcio quid ſibi e
aure afflictâ elapſum aduertit, à malo liber, & ho
etiam beneficij authoramento cæleſti Reginæ ma
gis addictus.

16. Habuit Znoymenſe Collegium apud
Foyenſem, quæ iſtic perſanctè colitur, Virginem
captiuum ipſius beneficio libertate donatum. Ie

iam

m biennio ſub ferro Turcico captiuus, cùm ſe
ſquequaque deſertum videret ab omni ſpe ad v-
ırpandam libertatem, votum concepit ad Ma-
em DEI,& poſterâ luce benè manè in oblatam ſi-
i fugâ capeſſendæ libertatis occaſionem totis pe-
bus abiit, ac Znoymæ ſe Liberatrici ſuæ voti
um liber & lætus confeſtim ſtitit.

17. Litomericij vir à teterrimo ſpiritu perti-
aciſſimè infeſtatus, cuiuſdam è Patribus horta-
ento, ad auitam, quam eiurauerat fidem, reuer-
ıs in fidem ſe & clientelam auguſtiſſimæ DEI pa-
entis dedit,& crebritate ac pietate quàm maximâ,
ıuocato propitio illo nomine, ipſo Purificationis
arthenıæ die ſe ſoſpitem hilarè gratulatus,ſe verè
impuro illo ſpiritu iam purum, & miſericordiæ
IARIANæ beneficiarium gratus agnouit.

18. Olomucij quoque vt bonum, felix, fau-
úmque eſſet reducibus nobis principium, Colle-
ium ſe iterum in MARIÆ ſinum auſpicatò colle-
it. Et primum ſacrificium SS. TRINITATI obla-
ım: altero, Beatiſſimæ cæli Reginæ, & per hanc
iuinæ beneficentiæ actæ ritè gratiæ: tertio, pro
orum, qui Collegio benè fecerunt, requiete ſan-
tâ litatum eſt.

19. Pragæ Academica & Vrbica Immacula-
æ Conceptionis ſolennitas, Viennenſis Vniuerſi-
atis gloriam imitata, & ſemper Immaculatæ Vir-
gini Sacramento ſolenni authorata, mirum quan-
um Noſtris in proferenda Virginis gloria conati-
ous adminiculum, & incitamentum fuit. Rem ita

narrant eorum annuæ, qui rei adfuêre. FERDI
NANDI III. Imperatoris pietas vtrique Pragen
Vniuerſitati Carolinæ, Ferdinandęæque, Virgi
Matri ſine labe conceptæ, diem Februarij decima
tertiam aſſignauit. Quamquam enim longè ant
per omnes ſui iuris Prouincias immaculatè co
ceptæ Deiparæ ſtuduerant pientiſſimi ſemper Au
ſtriadæ, quia tamen ad tantæ deuotionis incremen
tum ſua Cæſarea Maieſtas permagni credebat in
tereſſe, ſi Academiarum ſuo ſceptro ſubiectarum
nulla piè ſentiendi, docendíque morem laudatiſſi
mum prætermitteret, eapropter datis ad Vniuerſi
tatis vtriuſque moderatores literis, religioſiſſim
ſanciuit, ne vel cathedra, vel gradus vlli conferre
tur, qui primùm iuramento non confirmaſſet,
iuxta Summorum Pontificum Pauli V. & Gregor
XV. conſtitutiones, publicè ſimul & priuatim a
ſerturum, Beatiſſimam Virginem nunquam ſerui
ſceleris hæreditarij ſtigma ſubiiſſe: niſi fors alite
ab Apoſtolicâ Sede doceretur. Decreto reuerente
accepto, mox ſtudiis concordibus, pompâ non
dum ad eum diem ſpectatâ, Magiſtratus, & Pro
feſſores vtrinque omnes ad ædem noſtram proce
ſerunt. Inter Sacrorum ſolennia ventum erat a
Nicænum Symbolum, cùm ante ſummam aram i
Excellentiſſimi Protectoris Carolinæ hinc, inde i
Magnifici Ferdinandęæ Academiæ Rectoris mani
bus Academici conceptâ ritè formâ dicunt iuſiu
randum. Eo dicto Theologorum quiſpiam pr
MARIA ſine veteris culpæ tribulo propagatâ pero-
rauit

uit elegantiſſimè. alius, Medicæ facultatis Do-
or,Profeſſor,& Decanus, quamquam ſenex,Poë-
câ tamen venâ non effætâ,quod panxit encomia-
icum, typis euulgauit. Huic ſolennitati die De-
embris octauo, de Auguſtiſſimi Imperatoris vo-
ntate iterum celebratæ, piis Noſtrorum horta-
entis illud additum, vt Curiæ Pragenſes omnes
trò lege rogatâ ſanxerint, vrbicos magiſtratus
nposterum adire nefas illi fore, qui ſe Virginis
onceptionem nullo deprauatæ naturæ turpi fu-
o denigratam aſſerturum publicè non iuraſſet.
Iactenus totidem verbis Pragenſes literæ.

§. IV.

QVÆDAM SELECTA DE Sanctis.

DE S. IOANNE APOSTOLO.

20. AD cultum cælitum latiùs proferendum intentis Noſtrorum curis adfuit etiam
eneficus in Sanctis ſuis DEVS, & illam erga ſuos
eligionem ſibi cumprimis acceptam eſſe monſtra-
it, quando Nouodomi S. Ioannes Apoſtolus cli-
nti ſuo cætera etiam ſibi deuoto, cum aquis &
norte luctanti, & charum ſancti Ioannis nomen
pémque imploranti, præſentaneo auxilio pro
ortu fuit. id quod gratus fatetur ipſe cliens, qui
oſpitatrici S. Ioannis manui ait ſe debere, quòd
iuat.

DE S. KILIANO.

21. NEo-Pragæ vir conſularis Noſtri cuiuſdam conſilio in re dubiâ & anxiâ obſecutus, pro nouenni filio, eóque vnico lauti patrimonij hærede, ſed hebeſcente nimiùm auditu iam ſurdaſtro, vt cæleſti leuamento iuuaretur, quando humano haud poterat, Diui Kiliani auxilium impensè implorauit: & voto ritè concepto, eóque ſine vllà cunctatione perſoluto, morbus hactenus ingraueſcens, intra dies pauculos paruulum optimè audientem reliquit.

§. V.

DE S. P. IGNATIO.

22. NOn tam numeratò, quàm æſtimatione legenda ſunt, quæ de profligatis diuinâ per Ignatium virtute lemuribus, déque receptâ variè ſoſpitate affirmat experientia: quæque de felici partûs facilitate ſe paſſim aiunt expertas matronæ, & gratulantur earum exemplo viri. Earum aliæ longam in familiâ nobili ſolitudinem deplorabant, aliæ cùm pariendi moriendíque periculo diu ac plurimùm conflictatæ voti tandem factæ ſunt compotes. Omnia numerare, tædio proximum; omnia omittere, ingratus animus eſt. ergo quædam refero ſingulatim, & breuiter.

23. Niſſæ puella nobilis refert, ſe à moleſtâ febri S.P.Ignatij auxilio iam tertiò redditam incolu-

mitati. Glacij in ipſa vrbica Senatûs domo, lar-
rum terriculis Ignatianâ imagine frænum ac ter-
or iniectus; & ſecuritas reſtituta.

24. Prage fæmina, cui non ſine acerbiſſimo
edum dolore licebat vel paſſum figere, ipſo S. P.
oſtri die, illum etiam cum acribus pedum dolo-
bus fuiſſe conflictatum non immemor, ſenſit ſe
nimo vrgeri, vt ad Collegij templum concederet.
aruit monenti DEO: & poſteaquam in templo
nctiſſima Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramenta
tè obiit, abſiſtentibus repentè doloribus, ſanam
penitus læta, & grata perſenſit. inde gratiis DEO
Sancto liberaliter perſolutis, domum ſine vllo
oloris, plurimo verò maximóque intimi gaudij
nſu diſceſſit.

25. Nouodomi alia mortuo fœtu grauida,
iduo iacuit, flebili omnium comploratione mor-
magis vicina quàm partui. Sed peccata ritè con-
ſſam, & appenſo ad collum piaculari nummo
P. Ignatij eiuſdem opem enixè implorantem,
reuiſſimi temporis interpoſitu miſerabile cada-
er deſeruit: & illa incolumis lætabili gratulatio-
e DEO per Ignatium gloriam, ſibi vitam eſt gra-
ulata.

26. Ibidem fæmina conſcientiæ iam pridem
on expiatæ intemperiis agitata, deſperanter cla-
nabat incitatiſſimâ vociferatione, ſe immortalem
gnis nunquam defituri torrem fore ac pabulum.
c tragicis hiſce ambagibus inuoluta, ſemper im-
licabatur magis; nec priùs eſt euoluta, quàm ap-

penſâ ad lectum S. P. Ignatij icone, atque ad col-
lum eiuſdem numiſmate, ab illâ inſaniâ explicat-
& animo tranquillata, vbi ſemel iterúmque con-
ſcientiam confeſſione placidâ emendauit, plac-
dam in morte requietem inuênit.

27. Znoymę mulier, vbi felicis partûs com-
pendium ab amitâ id experta didicit eſſe ſacrum
nummum, & cultum S. P. Ignatij, toto pectore am-
plexa conſilium eſt, neque infeliciter. Enimuer-
quæ hactenus non niſi cadauera pariebat, quibu
Baptiſmi loco prophanæ exequiæ deberentur, &
duplex mœror, & iam quintùm mortualem par-
tum ediderat, ſextam tandem prolem ſana proſpe-
rè incolumem eſt enixa. Res quæ plauſores ha-
buit eos, qui nouas lacrymas expectabant. Se
nos tandem ad alia.

IMAGO S. P. IGNATII CVSTO pecuniæ contra furem dæmonem.

28. SEnator Znoymenſis, vir locuples, cùm
eius loci, in quo reconditam pecuniam
aſſeruabat, aditu feris clauſis circumſpectè firma-
to, in ſacculis illæſo ſemper ſigillo integris, minù
tamen quàm adnumerauerat & cōdiderat pecuni-
reperiret, conſilij anxius, coram vxore ac alio quo-
piam teſte aduocato, pecuniam peraccuratè nu-
meratam in loculos plures abſcondit; indices nota
quantum æris ineſſet ſingulis, & fidele ſigillum ad-
didit; aquam ſalémque luſtralem, & Sanctorum

reli-

eliquias adhibuit; loculum ipſe vnum aſſeruauit, lterum vxori tradidit, reliquos ciſtis abſtruſit; mnia denique ſinguláque anxiâ curâ, & multâ ircumſpicientiâ circumſepſit. Verùm illuſit poſt æc omnia illi accurationi fur dæmon. Etenim Senator loculos numeratò examinans, in ſingulis illi uem adſcripſerat numero, tam parùm reſponden-em inuênit incluſam pecuniam, vt in omnibus o. florenos, (decem aureorum Vngarorum ea umma eſt, ſiue ſcutorum ſeptemdecim) deprehenerit defuiſſe. Addita S. P. Ignatij imago, potenem ſe ac fidelem in fure arcendo exhibuit. Nam, Deo hanc gloriam Ignatio reſeruante, Senator ſui einceps argenti ſecurus, nihil à fure illo iacturæ e paſſum conteſtatus eſt non ingratus.

ÆGER SANATVS.

29. IN Reſidentia Breznicenſi, ab oculatis compertæ fidei teſtibus fama eſt, hominem extra ſpem vitæ adductum concepto ad Ignatium voto confeſtim meliùs habuiſſe, ac poſtea integrè valuiſſe. Et eſt iſtic tanta benefici huius nominis veneratio, vt ſolenni Sancti Ignatij die frequens cum vexillis è finitimâ viciniâ ſupplicantium pompa confluxerit, vt varias & plures alias paſsímque conſuetas ac celebratas Ignatij glorias taceamus. quarum tamen pars nec vltima nec tacenda ſunt Scholę ac Sodalium cœtus Parthenij, è quibus etiam in Religioſorum Ordinum cœtum

quot annis aliqui tranſcribuntur. de quibus Reli-
gioni duxerim quædam hîc aliis documento futu-
ra neglexiſſe.

§. VI.

AD RELIGIOSOS ORDINES Vocati.

30. TAmetſi perniciabili clade vexata Bohe-
mia, eo interim ſpatio, nullo cultu edu-
catam ſuam doluerit iuuentutem, breuì tamen ga-
uiſa, & amplexa reduces literarum diſciplinas ab
integro, eò magis lætata eſt illarum reditu, quò ma-
iore ſibi fuiſſe incõmodo earum abſceſſum exper-
ta eſt: vtpote vbi quotidianis hortatibus & exem-
plis animantur ſtudiis literarum conſertè iuncta
ſtudia pietatis. Et verò pergunt Scholæ, præter
alia patrię commoda, etiam religioſiſſimis Ordini-
bus è Partheniorum cœtuum quaſi ærario, non iam
rudes auri glebas, verùm paratas velut flauiſſas
depromere in Religionum perpetuum ac ſanctum
quaſi vectigal. Nam & hoc anno certa in DEI du-
ctum ac nutum noſtræ indoles iuuentutis, mani-
pulatim ad Chriſti ſigna conceſſit, pars in Societa-
tem IESV, pars verò, eáque longè maior, ad SS.
Franciſci, atque Dominici, vel Ciſtertienſium aut
Præmonſtratenſium, ſacræue Carthuſiæ ſanctuaria
introuocata, diuino vocatui obediuit. Omnes qui
id auſi, fuerint propè ſexaginta, ſi Scholis exter-
norum

orum Sodalitia, quæ etiam ſuppeditauêre ali-
uos adiungamus.

§. VII.

VOCANTIS DEI NEGLECTORES puniti.

31. NVnc ſurdorum ad DEI voces tragica proſequamur. Infelix fuit illius alea, ui Niſſæ cùm cæleſti vocatu iam DEO ſe vellet in ocietate IESV addicere, verſâ repentinò, incon-ıltiſſimo conſilio, ad res vxorias oeconomicáſ-ue ambulatoriâ voluntate, quem parturiebat ſa-ıtis ſpiritum, abortione miſerabili ſuffocauit, & è iente eiecit. Ergo Niſsâ digreſſus, verùm haud a multò pòſt parùm proſperè vagatus, ac itine-um, errorum, ærumnarum, infelicis denique vbi-ue fortunæ, quę illum per auia & inuia veluti ne-aſta Nemenſis ſequebatur, pertæſus, cùm Oppauiâ er Niſſam relegeret, in arundinosâ quadam ſiue iſcinâ, ſiue vligine repertus eſt, miſerabile & ſine omine informe cadauer. Nomen literæ Sodali-atis abeuntibus de more dari ſolitæ, atque apud um repertæ prodidêre. Nam corpus à porcis mi-erum in modum laceratum, non niſi profugum à Patris vocantis facie nouum filium prodigum, non am porcorum conſodalem conuiuam, verùm eo-undem conuiuium factum loquebatur, lacryma-ili ſpectaculo, æſtimabili documento, vt qui re-ellis lumini ac Numini, in ſorte filiorum DEI eſ-

ſe

ſe noluerit, abiectus ſit in ſortem glandium ſui
larum, & epularium ſiliquarum.

32. Fuit alius, qui conſummato politioru
literarum curriculo Carthuſiam elegerat pro au
guſto brauio, vt ibi acquieſceret. Verùm à famili
rium conſortione liqueſcere fluerèque cœpit mo
litiâ inconſtantiæ iuuenilis, vſque dum inimicis
micorum conſiliis aliò abſtractus & illectus, pr
mùm militum palatim & minaciter vbique vaga
tium præda factus, deinde à publico infamis fu
ſtuarij, quod ſe commeruiſſe fatebatur, ſupplici
Noſtri operâ liberatus, in vindicis DEI manu p
triè vocantis nutum aduertit, & vel ſic compulſu
quò à DEO agebatur, intrauit.

33. Tertium, quem ab ipſo cœnobij limin
candidatum in patriam inimici hominis domeſti
abduxêre, vindicta ponè aſſecuta eſt fugientem
cùm in patria, non tam ſuâ quàm ſocij culpâ, pub
lico Eccleſiaſtici anathematis fulmine ab Eccleſi
communicatione abſciſſus eſt, qui ſe à religioſ
quam ingrediebatur, conſortione ſecreuerat.

34. Quartus denique in horum cenſu eſt
ſcholaſticæ noſtræ iuuentutis albo quidam, is mi
litari ſupplicio à tubo & glande plumbeâ interi
turus, vel ſerò tandem ſapuit, dum agnouit, ſic
mori à DEO in ſuo interitu rideri dignum, quòd re
ligione voti conceptâ religioſæ S. Dominici fami
liæ candidatus cùm eſſet, votum in militare Sacra
mentum vertiſſet mortis potiùs quàm vitæ vexil
lo ſuccenturiatus. Et certè militię neſcio quid com

me-

neritum pœna iam expectabat, & mors, niſi no-
rorum oratu Patrum, liber à ſupplicio, vitam re-
uliſſet in lucro; vt nempe reſipiſcere vacaret à
ulpa, quam agnouerat; ac ſuâ ſe libertate liber fa-
tus exueret.

§. VIII.
QVÆDAM INDVSTRIE FACTA.

35. INter palmaria pietatis inuenta fuit, totis dextræ induſtriæ viribus laboraſſe, vt vr-
icus magiſtratus talis legeretur, qualis ad inuita-
nentum virtutis aliis præiret exemplo. Præclarum
glauienſium inſtitutum: vbi primores vrbis, ante
el poſt peracta Reipubl. negotia, conſueuerunt in
dem ſacram religiosè concedere, ac humanis
onſiliis lucem ab æterni luminis fonte haurire.

36. Non minùs commemorabilis quàm læta-
ilis eſt & illa in Miſſione Glogouiæ ſuperioris in
lluſtriſſimo eius loci Comite Georgio ab Opperſ-
orff, ſeu erga S.P. Ignatium voluntas, ſeu erga mo-
ientes pietas, atque ad alios excitandos liberale
nunificentiæ promptæ ingenium, quando erecto,
otato, ac dedicato S. P. Ignatij templo Fridecen-
is montis verticem coronauit, & veluti ſacrâ qua-
lam acropoli communiuit. Fridecenſium verò
ietatem ad illud, cùm aliàs, tum Dominica infra
ctauam feſti S. P. Ignatij inuitauit, turri æs cam-
anum duorum & ſeptuaginta centenariorum im-
oſuit; ídque eâ mentis deſignatione, vt audito
uotidiano æris è ſublimi ſonantis monitu ſub ho-

ram

ram octauam matutinam (id eſt,quartâ ante m
ridiem horâ) omnis populus diuinæ Maieſtati ſu
plex fieret pro iis,quos in ipſis vitæ mortíſque co
finiis, in ſupremo ſingultu laborantes,& opis m
ximè indigos decretoriũ & ſingulare iudicis æter
tribunal, ac vicina & adhuc dubia æternitas exp
ctaret; ratus maximum ſe omnis operæ pretiu
ac momentum in raro illo & paucis ita palàm v
tato neceſſariæ miſericordiæ documento relatur
Quæ res quanticunque impenſi eâ in miſſione l
boris longè maximum fructum, & commendati
nem habuit, digna in aliorum etiam exemplum e
tendi. Adeò etiam cordi eſt ea res populo illa
pro momenti ſui dignitate prouidenter ac piè æſt
manti, vt audito æris illius Ignatiani ſono, velu
claſſico agonizantium, conſtratas paſſim plate
videre liceat melioris notæ ciuibus, aliíſque piis
incolis in genua deuolutis,& pro ſupremo pericli
tantium per omnem latè orbem mortalium agon
ſanctè comprecantibus; immortaliter prædicabi
& Comitis beneficij authoris, & eorum à quorur
ingenio tam pium conſilium originem duxit,& d
niq; ciuium illâ pietatis induſtriâ benè conſtanté
que vtentium, pietate. Adeò nempe ibi & naſcen
tium & morientium curam Ignatio dedit DEVS.

37. Illud etiam inter ſacræ inuenta induſtri
collocârim, quod per omnem ferè Prouinciam la
tè percrebuit. Brunæ pro ſalutari ac nouo ad cæ
leſtia velut lenocinio, toto ſacri Aduentûs tem
pore, à ſacrificio matutino populus quotidian

ſym-

ymphoniâ, & breui parœneticâ dictione ſuauiter
elibutus, factus eſt incitatior ad diuina. Sacro
utem ante Paſcha ieiunio ter quot hebdomadis
rium horarum comprecatio coram patente pro-
alàm auguſtiſſimo Sacramento celebrata. etiam
diecto quopiam myſterio ad muſicos modulos
ecantato, & Litaniis, ac demum appoſitâ cohor-
ation. Vtrumque valdè ad populi palatum fuiſ-
e, conferta quæ affluebat concio affatim teſtaba-
ur.

38. Vocemus & illud illuſtri piæ induſtriæ
ognomento, ſi lubet, quod quidem nec nouum,
t Societati propè vniuerſæ vſitatum eſt, Sancto-
um quos eximiè celebratos volumus, gloriam in
cenam dare, ſimúlque cælum nobis, ac Mecæna-
um beneficentiam demereri. Niſſæ Carolo Sere-
iſſimi Poloniæ Regis fratri, & Niſſenſium Anti-
iti, de Societate magnis titulis impensè merito,
atus præter S.Maurilium Epiſcopum in theatrum
ſt S.Carolus Cardinalis Borromæus, eo ingenio,
t vniuerſa Caroli ætas in ſex partes diſtributa à
ex claſſibus iuuentutis noſtræ, magno ſenſu ſpe-
tantium, & ipſius Principis voluptate, ac deni-
ue ipſius Scholaſticæ iuuentutis erga Sanctum
ncitamento, ſit producta. non leui experimen-
to, Sanctorum geſta iſtâ etiam arte induſtriæ
non pœnitendo laboris præmio &
fructu legi.

§. IX.

§. IX.

FACTA IN ANIMARVM PVRGATO rij leuamentum.

39. POrrectę ſunt etiam curę ad felices illa animas, quę cæli candidatę flammis lu ſtralibus expiantur. In illud potiſſimùm dabatu ſolers opera, vt captatis vndelibet opportunitati bus, omni ope ac operà iuuarentur. Et Regino Græcij quidem, redditâ publicâ ſalubritate à lu quę graſſari deſierat, religione ſolenni omnibu illâ mortuali clade proſtratis piè ac ſalutariter pa rentatum, magno & viſendo apparatu, & appro batione frequentiſſimę quæ ad pias lacrymas af fluxerat concionis.

40. Apud Sliuicenſes, ſecundâ quauis cuiuſ libet inchoati menſis feriâ, piaculare ſacrificium quaſi menſtruum pro emeritis illis animabus ſti pendium, noſtro ſtudio adnitente, firmiter con ſtitutum.

41. Clattouiæ dum conceſſis ab Apoſtolic Sede ſuffragiis, veluti ſacro ærario in illarum ani marum commodum conuertendo intendimus, ad fuit nobis attonitæ ſimilis quædam materfamilias & narrauit familiarem ſibi olim matronam nobi lem, ante duodeuiginti menſes vitâ functam, e mortuali vultu pallidam, cętera velatam, ſibi vi ſam nocte quidem intempeſtâ, ſed vigili, verbo rum ſenſu ponderoſo & miſerabili, opem tanden ſup-

ıppliciter implorãtem. grauiter queſtam inſuper, : ſine vllo leuamento à ſuis deſertam, etiam ipſo nimarum die celebratiſſimo, illætabili & ingratâ bliuione neglectam ab iis etiam, quos mortuæ ıeminiſſe maximè addecebat. Rogatam verò, ecuid adiumẽti cuperet, eleemoſynam erogandam, ereos, & ſacrificia poſtulaſſe. Iſta cùm audiret, ebat ſe in ſiniſtrâ lumen habuiſſe, cùm repentè ontactam ſibi ab hoſpite illâ dextram totam atro olore carbonis in modum fœdam, ſiniſtram verò umidam aduertit. Quocirca ritè peractis quæ peerat omnibus, nihil deinceps perpeſſa eſt turbaıenti.

42. Pragæ denique cùm nonnemo ad Noſtrũ eferret, redire ad ſe identidem è Purgatorio ſpiriım, qui ante biennium è corpore migrauerit, ſaris inſtructus reliquiis reducem iterum ſpiritum uid vellet, rogauit, ita vt iuſſus fuerat. ſacrificia agitanti affatim factum ſatis. Quapropter in liertatem aſſertus iam ab igneo illo exilio bonus il: ſpiritus, ad ſoſpitalem ſuum amicum rediit; & elatis abundè gratiis, rogauit, vt ſacris pignoribus eſtitutis, Patri illi è Societate, qui ſibi in agone boranti præſentiſſimâ & fideliſſimâ ope conanter adfuerat, impenſè referre ſuo nomine graias non omitteret. quâ vnâ re aſſiduiſſimè habenam tam eorum qui migrant, quàm qui migrarunt corpore iam exuto, & pœnas luunt, curam, ídque diuinæ bonitati perplacere, oſtendit.

§. X.

MISCELLANEA.

43. HIc miſcellas res dabimus, vt varia vn veluti capite complectamur. In Miſ ſione Rohoſtienſi ſacræ ceræ vſu ſopitum atrox,& humanâ diligentiâ inſuperabile incendium.

44. Ibidem quidam eiuſdem ceræ, ac lipſanc rum collo appenſorum fiduciâ & veneratione, a mentem rediit à mania.

45. Puritatis tuendæ ſtudio, non vno in locc nec ſemel, caſti vngues in audaces & effrontes, pudicâ Virginitate ſuî vindice armati. Et erat a aliorum cachinnum, ex vngue procaci fronti im preſſo lenonem impurum, ſtigmaticúmque atqu compunctum cognoſcere. Neque defuêre coniu ges, quorum ſuccedanea Elzearij ac Delphinæ ex emplo fidelis pudicitia connubium citra Sacra menti iniuriam exornauit.

46. Carnariæ ingluuiei rea mulier acuto den tium dolore per anni totius curriculum acerb cruciata, ſtatim ac vetitis per Eccleſiæ leges tem poribus carne veſci deſiit, deſiit cruciari. quaſi cul pam iam nullam in dentibus reperiret pœna, ideó que abſiſteret.

47. Chirographum humano ſanguine in gra tiam hoſtis generis humani, deſperatâ manu ſub ſcriptum ereptum vnum.

48 Niſſenſis Collegij, ſeu templi, tres cali ces aurei, & ſacrificales veſtes ſexaginta, Olomu

cij,

ij, vt perſpicacem ſagacium hoſtium diligentiam
ffugerent, in camino ſuſpenſæ, per annos omni-
o octo, cuſtode diuinâ prouidentiâ, in perturba-
ſſimo rerum ſtatu conſeruatæ, à Suecis aſſiduiſſi-
nè iſtic ad caminum verſatis, etiam dum camini
s fœno obſtruerent, non repertæ, integræ, illæſæ-
ue pependêre, Niſſenſi templo iterum non ſine
dmirantium gaudio ſunt reſtitutæ.

49. Znoymæ magnum felicis prædeſtinationis
canum non parùm probabili argumento repertũ
illo, qui affinem vitæ mortem iam oppetiturus
cèt, nullas tamen de morte tam vicina, nullas de
leundâ æternitatè allocutiones admittebat, præ-
actè ſurdus ad omnia. Hunc tam ſæpè, tam diu,
variè, támque importunè Noſter adiit, atque
ortatus eſt, ad cogitationes æternas, vt tandem
ultâ voluntate annuerit. quàm verò id appoſitè
opportunè, confeſtim patuit. Etenim ſimul at-
ie confitendi finem fecit, ſimul à peccatorum, ſi-
ul à vitæ vinculis eſt abſolutus.

50. In Miſſione Mezricenſi virum petito ac-
ptóque Euchariſtico ad immortalitatem viati-
, cùm nemo iam vitam crederet producturum,
tim ab epulo ſacroſancto languor ſenſim deſe-
it, ita vt vires actutum redire ſentiret, adeóque
euì conualeſceret, vt Chriſtus, appoſitior aliis
edicus ad medendum, communi eorum qui rei
ſtæ aderant opinione, vitæ ac ſalutis author, &
ſa valetudo miraculo proxima cenſeretur.

51. In eâdem expeditione dum reducendo

aquæ luſtralis vſui operam damus, ægra materfa-
milias cùm è paruulo ſuo filio audiſſet, id quod i-
le in ſacra Catecheſi audierat, piacularis huius a-
quæ potionem nonnullis quæſitæ diu nequicquam
alibi ſoſpitatis conciliatricem fuiſſe, ſuaſu eiuſdem
aquam piè ac fidenter hauſit, & mox leuamentum
notabile perſenſit, biduo pòſt à lecto, & demum
morbo penitus expedita. At nos iam vitâ functo-
rum nomina breuibus elogiis attingamus.

§. XI.

HOC ANNO M.DC.L. IN PROVINCIA Bohemiæ vitâ functi.

52. OPpauiæ 12. Ianuarij diem vltimum vixit *P. Ioannes Emrich* Auſtriacus Vienne-
ſis propè ſexagenarius, anno 1627. 4. vota profeſſus.
Aceruatæ in illo virtutes, & pulchrâ patientis exem-
pli luce conſpicuæ pietatis laus in omnibus emica-
bat, cùm inter increbreſcentes herniæ, calculi, an-
ginæque dolores, diuinum ſemper IESV ac MARIÆ
nomen, & charam Virginem ac Martyrem Barba-
ram in ore verſaret. Orationem facili lacrymarum
ſuauitate condiebat, & accendebat. In amandâ, æ-
ſtimandâ, & verò factis ipſis amplectendâ Inſtituti
noſtri ſanctitate omne tuliſſe punctum videbatur,
ad omnes apices ſingulóſque intentus. Egrenſi do-
micilio præfuit annis 16. vocatus omnium virtu-
tum vir, & eius vrbis Apoſtolus, vtpote qui cùm
Egræ non niſi 16. patresfamilias orthodoxos re-
re-

periſſet, inde ſupremùm diſcedens non niſi 16.
áſque non integras hæretici moris domos relique-
it, quali quali S. Gregorij Thaumaturgi Epiſcopi
mitamento, in Neo-Cæſarienſi vrbe 17. tantùm fi-
eles inuenientis, & non niſi totidem infideles re-
inquentis, cùm è vita migraret. Quà Egræ, quà
ragæ ſanctum ſacri Oratoris munus religiosâ lau-
e impleuit, annis quinque ſupra viginti. quo in
rgumento illud non omittendum venit, quòd quâ
otiſſimùm dictione ſibi minimè ſatisfeciſſe vide-
atur, illâ maiorem ſolito fructum plauſúmque re-
ulerit. Contra hiemis aſpera nudâ ſemper manu,
c in ſe immiſericors; ab hæreticis anno 1632. &
lura & grauia perpeſſus, excelſo atque religioſo
ngenio ſecundarum, ambiguarum, diuinarúmque
erum ſciens, eóque interritus perſiſtebat in DEO.
Hîc verò ſubit adorare DEI manum erga Ioannem
beralem quidem, ſed ſua etiam dona arcanis con-
liis temperantem. Magnum Ioanni patientiæ
uot annis experimentum, & modeſtiæ incitamen-
um fuit id, quod etiam ille ſuum exilium vocita-
at, quando nempe æquinoctiis vtriſque, atque
olſtitiis, lethargico quodam funeſtóque torpore
opitus, ſuis adhæreſcere inuoluíque tenebris in-
ipiebat, & in triſti cubiculi angulo, mortuali ſuo
lentio abſorptus, funebres tantùm imagines, &
epulchra, ſurdâ ad omne ſolatium mente tracta-
at: & tum demum, quaſi euolutâ periodo tene-
rarum, & cœptâ hilarioris mentis luce, à ſepul-
aris illis reuixit, poſteaquam in illo triſtitię vt aie-

bat, exilio, dies aliquot, imò hebdomadas exto
ris in ſolitudine illâ exilióque vixiſſet.

53. Nouodomi duo corpore ſoluti. alter *M.*
Ioannes Nicolai 12. Febr. Pragenſis, Scholis docen
dis addictus. in quo nulla turbati vnquam anim
immoderatio, verùm decora quædam tum vniuer
ſæ vitæ, tum actionum ſingularum, oculorum de
nique ac membrorum omnium æquabilitas, amo
ris & admirabilitatis plurimùm inueniebat in con
tuentium oculis animíſque. Alter *Leonardus Zvv*
cker Lucernenſis, de ſorte Adiutorum, quadrage
nario paulò maior, præſtabilis planè, ac dignæ præ
conio & imitatione modeſtiæ vir. Iis, qui in do
meſtico famulatu agebant, ſeruiebat inſtar media
ſtini, nunquam prurientibus in Patris nomen au
ribus, aut vt ab iis Dominus appellaretur. Dile
ctum illi ſuper alia *Chariſſimi* nomen, vtpote quod
in tirocinio, velut renatus in Baptiſmo altero, ac
cepiſſet. Promptus, gaudens, ac piè tacens ho
agebat, quod agere iubebatur. Nunquam inter
miſsâ erga Sanctos, quos in ſortitione conſuet
quot menſibus accipiebat, & notâ erga diuinam
Matrem religione, ac iis quæ hanc comitantur vi
tutibus; magnæ apud omnes virtutis nomen inde
ptus, & coronæ MARIANæ adeò retinens, vt eam
veluti ſacram anchoram ſemel in morbo prehen
ſam è manu multorum laborum coronamentis ve
rè plenâ ne animam quidem 18. Martij agens dim
ſerit.

54. Secutus hunc 21. Martij Reginægræcij e

Ioan-

oannes Oſterzilius, & ipſe adiutor in Societate per
nnos triginta & vnum inter eos, qui ſua ad diuini
onoris punctum perquiſitè faciunt, memorandus.
Vnicum viuentis votum erat, quod à DEO flagran-
er petebat; Placere nemini: morientis verò; ag-
eſto fimo in lætamine contumulari.

55. Commotouij quartâ & viceſimâ die A-
rilis *P. Ioannes Hegner* Pragenſis Bohemus. qui
ximia naturæ decora ne indotata atque incomita-
a eſſent, emendatiſſimo in moribus nitore, in-
entâ cubiculi ac ſui cuſtodiâ, dignis & Recto-
e dum præeſſet, & ſubdito dum ſubeſſet, doti-
us abundè locupletata ornauit. Propè quotidia-
us pro tribunali Sacramenti ſuæ conſcientiæ ac-
uſator. In morientis Chriſti vulneribus cuſtodi-
ndam recondebat omnem ſuam, & proximi cau-
am, ſed Superiorum potiſſimùm, quos amabat vt
upillam IESV. Paupertas in illo tenerè dilecta, ca-
itas vigil, & multorum opinione virginea, obe-
ientia verò quaſi ad nutum pupillæ IESV. Inuictus
peris ac laboris, & ſe clauſo cubiculo cum DEO
bſcondendi: vnde flagrantior poſtea illi vis ad
gendum Solebat identidem perbreui aſpiratio-
um vſu ſeu reſpirare, ſeu ſe magis accendere, ſæ-
iùs inter & alia præ aliis illud iterum iterúmque
ngeminans: *Domine! non permittas me damnari,
uem tu de nihilo creaſti!* Atq; hac precum frequen-
iâ quaſi adleuatus habitabat in cælo; è quo cæle-
tis illi quædam ſuauitas erga omnes, quam ſeu pa-
ernam, ſeu maternam dicas, appoſitè vtrumque

nomen impleuit. Concioni neruum vt adderet
pias è Purgatorio animas pro ſuppetiis aduocaba
nec ex vano putant ortam opinionem dicentiun
illas ad P.Ioannem petendi cauſâ ſubſidij aduenta
ſe. Ipſo concionis die immaculatam hoſtiam ſacri
ficabat DEO rectori animarum, & oratori intern
pro anima è ſupplicio flammarum purgantium pr
ximè liberanda; vt ſupremam ſuffragationi ac l
bertati illi manum imponeret. Tum rei euentu f
lici per iteratas preces cæleſtis Genii ſanctæ indu
ſtriæ commendato in ſuggeſtum ibat, & diceba
vt & pulpitum & concionis cor poſſideret, affluen
tibus auidè iis etiam, qui non ſunt de hoc ouili; a
de religione Catholicâ longè auguſtiorem opinio
nem referentibus, atque nutabundis; aliis verò, m
nus etiam dantibus veritati. A concione redux
quietis loco, ſe flagris aut virgis è virgeto eum a
vſum decerptis inclementer lacerabat, nec infre
quenter vicinos etiam parietes religioſiſſimo ſan
guine liberaliter perſpergebat. De Chriſto ad vi
tam à deuictâ breui morte reuerſo dicentem ipſ
Paſchatis feriis, repentinò quaſi ex inſidiis aggreſ
ſa mors videbatur, cùm interpoſitu catarrhi reſp
randi facultatem laborioſam illi, & propè impoſſi
bilem redderet. Verùm vt concionem interfrege
rit importunâ interpellatione, certè intermorien
tium è pulpito non abſtulit, conceſſis illi diuin
comperendinatione vſque in ſextum diem indu
ciis, qui illi migrationis cupientiſſimo, atque a
iter per conſueta adminicula expedito, Dominic
in

n Albis illuxit, quo die nono antè anno ſupremo
ac ſolenni profeſſionis 4. votorum Sacramento,
DEO fuerat authoratus. Corpus primores vrbis
extulêre, dolorem illâ obſeruantiæ teſtificatione
confeſſi.

56. Pragæ verò altero Maij die *Ioannes Rott*
53. ætatis anno in pharmacopolæ officio modeſtâ
quadam prudentiæ tranquillitate, agendíque ſuauitate
ita pollebat, vt non parùm illi religioſi cuiuſdam
magnetis ineſſet. Quocirca è ſuî diſciplinâ,
quos erudiebat pharmacopolas, Societati plures in
tirocinium panarij melioris fauſtè tranſcripſit: &
Medicorum nonnemo candidè affirmauit, ſe, inter
mortales quidem, Ioanni debere, quòd ad orthodoxam
lucem animum adieciſſet. Nulla illi adeò
improuiſa vel neceſſaria occupatio ingruebat, quæ
illi deſtinatum explorandæ conſcientiæ tempus
adimeret. Si quid verò à ſe in aliquem peccatum
ſuſpicaretur, tenerâ quadam indole charitatis illum
adibat, & errorem rorantibus in lacrymas oculis
eluebat.

57. Idem ætatis annus, duorum tantùm dierum
interiectu pòſt, Ioanni addidit in miſſione
Cladnenſi *P. Valentinum Ioannidem* Sileſitam, tres
& ſexaginta natum annos, & ante tres ac viginti
quatuor vota ſolenniter profeſſum. Primores annos
ferè Scholis, reliquos pluribus per Bohemiam,
Sileſiam, & vicinam Vngariam expeditionibus dedit.
in quibus tantâ felicitate laborioſæ, ac propè
audacis induſtriæ laborauit, vt ſupra fidem, certè

ſupra imitationis facilitatē eſſe ferantur, quæ auſu
eſt inter perpetuas, & minis potentiáque armata
exitij vbiq; im̄inentis imagines, cùm rabioſâ ſtoli
dè ſeditioſorum hæreſis magiſtrorum inſcitiâ ca
chinnationi aliorū expoſitâ, plebi oſtenderet, quàn
rudes ac cæcos ad æternitatem ductores haberet
cùm pagos dies noctéſque concurſaret, cæco ple
bis furori arma dextrè ac molli manu, religioſáqu
authoritate, prudens excuteret, condocefaceret
cæcatam peruicaci diu errore animi aciem colly-
rio Catholico perſanaret; alios in caulam Chriſti
non tam compelleret, quàm ſequi faciles induce-
ret; magnis laboribus meſſe incredibili reſpon-
dente; pagíſque integris molliorem iam ceruicem
Catholico iugo ſubmittentibus, magno Regni o-
ptimatum compendio, gaudióque, magnâ volu-
ptate vnicæ Matris Eccleſiæ ſanctitatem agnoſcen-
tium filiorum hactenus prodigorum, quibus ca-
dendum tandem erat in poteſtatem illius charita-
tis & eloquentiæ tam doctè, támque ad pietatem
appoſitè diuina loquentis. Hoc Valentino ſacrum
quoddam effatum erat; nolle ſe adeò deſipere, vt
incipiat velle blandiri. quocirca tametſi religio-
ſiſſimis blandimentis in agendo, in loquendo au-
tem blandiloquentiâ ſacro lepôre conditâ non ca-
reret, nullo tamen quantumuis illuſtris, aut longi
tituli nomine ſibi perſtringi oculos paſſus candidè,
atque vt affectatoribus illorum nominum videba-
tur, æquo acriùs admonebat, vtpote qui totus à
DEO penderet, ac ea quæ neceſſaria ſunt ad ſalu-
tem

em æternùm miſerè aut æternùm feliciter immor-
alium animarum, ſupra omnia quæ mundus æſti-
nat, æſtimaret; ſemper interea & ipſe de illa ſua
mmortalitate, vt ſic dicamus, felicitandâ ſollici-
us. vnde pendula è collo mortui theca è lamina
ſt reperta, in qua diuinæ Matris, & S. P. Ignatij
ffigies, numiſma cum indulgentiis, profeſſionis
ormula, & amantiſſima quædam pro felici morte
nſcripta ſuſpiria condebantur. Quinto Maij die
P. Valentinum ſacris religiosè operatum, & poſtea
um loci Curione de conſcientiæ quæſtionibus &
ietate collocutum, iámque iis quæ à Sueco milite
perpeſſus affatim fuerat, ac ætate tot laboribus gra-
ui caducum, paulò pòſt apoplexia & mors excepit,
virum verè teneris indigenarum lacrymis deplora-
tum, atque vt produnt, qui res propiùs & accura-
tiùs introſpexêre, ſupra viginti millium animarum
in bono Catholicæ fidei lumine collocatarum tro-
phæis immortaliter glorioſum.

58. Niſſæ duodeuiceſimam Iulij lucem po-
ſtremã aſpexit *P. Chriſtophorus Scheiner* apud Wal-
denſes in Sueuia ante 77. annos natus, cùm 17. Iulij
die ſanus ac valens & ſacris fuiſſet operatus, & nul-
lum valetudinis aduerſæ ſignum dediſſet. De Græ-
cis & Hebraicis literis, ac potiſſimùm de Matheſi
laudatus benè planè magnum ingenij ſui mathe-
matici mnemoſynon, repertis etiam in Sole macu-
lis, illuſtrauit. Niſſenſe Collegium, & ſubinde
Caroli Archiducis conſcientiam rexit; quo in Hi-
ſpaniam profecto, Romæ Mathematici ſui negotij
benè

benè gerens perſtitit; vir indolis candidæ, ac a imperantium nutum obedienter facillimæ. Per ite ab equo raptatus, id verò Superiori referebat acce ptum, quòd læſus non eſſet; vtpote qui abiturus quaſi pro viaria teſſera, ſemper de genibus petere ab eo, qui domicilio cum poteſtate præerat, ben diſcedenti adprecante auſpicato muniri. Augu ſtiſſimæ Virginis amantiſſimus, obſeruantiſſimúſ que, ne illam DEI gratiam in vacuum reciperet Magiſtram ſibi S. Brigittam elegerat, aſſiduiſſime peruolutandis iis, quæ ab illa de cultu iſto perſcri. pta ſunt ita intētus, vt paratus eſſet ea, quæ legerat veluti iuſſa capeſſere, ac illam ideam ſequi in ama. bili ac neceſſario adeò argumento. Auariſſimus boni otij temporíſque, viuebat ille quidem omniũ horarum vitæ ac morti accinctus (nam ſe repenti. nò abripiendum ſæpè ſæpiùs dictitabat) ſemper ta. men, quaſi ſeculum adhuc victurus, ſuo charto. phylacio aceruando, digerendóque incubabat. Quàm armatâ ſemper & quaſi loricatâ virtute in ſui cuſtodiam excubârit, illud prodidit, quòd ſi quid inexpectatum præter ſaliuam accideret, re. pentè memor DEI ſic rem illam fieri volentis, illi adhæreſcere antiquiſſimum duxerit, eámque cogi. tationem quaſi Pharum lucis, ne quâ tempeſtate incitatiùs ageretur, habuerit, neque ab oculis vn. quam dimiſerit. Vicenis ferè ante deceſſum horis à Patrum quodam, qui ſe acriùs incitari ſentiebat, vt Patrem inuiſeret, iam extra benè loquendi, non tamen extra mentis poteſtatem repertus, affluente

Pa-

trum coronâ, verba quibus Confeſſarium expe-
bat, ita demum molitus & eluctatus eſt, vt ritè
ſolutus, & oleo confirmatus ad luctam fuerit, ac
emum in ſomnum longiorem, & ex hoc in mor-
m conceſſerit.

59 Olomucij denique Prid. Kal. Nouembris
.ætatis anno requieuit à laboribus, & doloribus
is *P. Petrus Stephanides*, gente Sileſius; qui in re-
giosâ Oeconomicæ procurationis diligentiâ ex-
uiſitè accuratus, multùm egit, multa tulit, ſu-
auit, & alſit. Nam cùm vndique affatim armo-
im eſſet, quibus latè formidatus hoſtis victor fa-
e, igne, cædibus implebat omnia, vnus ipſe iuſ-
is inter ſyluas prædium cuſtodire, duriſſimo im-
erio facilis paruit. dúmque plurium menſium
oatio id ageret nauiter fortitérque, à milite mi-
aciter fremente contumeliis ac verberibus one-
atus, quaſi precariam, ſed cui obedientia pro an-
ona & ſecuritate eſſet, animam, arcto pane, quem
oſum ſub virgultis, ne ab hoſte inueniretur, ab-
condebat, ægrè nec diu retinuit; nullâ prædij re-
inendi ſpe, ſed obedientiæ retinentiſſimus, ſi
necdum tunc ad mortem vſque, certè vſque ad
norbum. Cùm ſociis præeſſet, ſolebat primas
omnibus cedere, ipſe poſtremus deteriora capie-
oat. Si quid ſeu concederet ſeu negaret, vtrum-
que conſueuit dextrè condire. Magnum exci-
andæ apud DEVM erga nos mortalium beneficen-
iæ ſeminarium, & mirum oeconomiæ proſperæ
uctarium atque compendium eſſe cenſebat, libe-

ra-

ralem illam erga DEVM in egentiſſimo quoque fo
uendum cordis munificentiam, amplitudinémque
id quod ſe aiebat à DEO experimento didiciſſe.
Præſentis vbique DEI attentè obſeruans, ac reue
rens, vt ab illo beneuolè audiretur, illum in pen
ſo diuini officij de genibus alloquebatur; nequ
vnquam omittebat, quin in ſacra veſperi lectio
ne illum ſibi loquentem quotidie ſupplex atten-
túſquè audiret. Apoplexia illum è medio repen-
tè rapuit, poſteaquam illi tantillum indulſiſſet,
vt ſe ſe collegerit, petitóque Confeſſario, & Pœ-
nitentiæ, & Vnctionis extremæ Sacramentis in-
ſtructus, ad emeritos, tanquam ad ſtipendia mili-
tiæ benè actæ accipienda, diſceſſit.

Adiiciendi eſſent hîc aliqui rei domeſticæ ad-
iutores: verùm in illis nihil præter
conſueta occur-
rit.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ CAMPANIÆ

M. DC. L.

DEgunt in hac Societatis IESV Prouincia hoc anno 1650. Socij omnes 330. Sacerdotes 184. Virduni è maiore Sodalitio facta noua colonia MARIana Sodalium ſub DEIparæ ...rificatæ nomine accenſorum.

§. I.

...OSTRORVM ARDOR, INDVSTRIA.

1. ANimarum in expiatorio igne à DEI facie adhuc abſentium cura nobilis acceſ...one induſtriæ procurata eſt potiſſimùm Muſſi...onti, cùm præter communionis generalis ma...nam ſtipem, conciones quoque adiectæ ſint per ...to dies ſynaxi defunctorum adnexos.

2. Solennis 40. horarum oratio apparatè præ...iàm hactenus facta, Germanicarum copiarum ...ic hybernantium etiam Lutheranos, Ducéſque ...ſos, imò & ſedentes in cathedra peſtilentiæ mi...ſtros exciuit. Quorum nonnemo dicitur ſuo...m ſocordiam ad noſtri ardoris exemplum gra...ter accuſaſſe.

3. Caluomonti vnius è Magiſtris operâ induſtriâ

ſtriáque perfectum, vt per totam circùm vndequaque viciniam ruſticani omnes bis quotidie,matutino veſpertinóque crepuſculo ad ſuas parochias pagatim conuenirent, ac certas preces vtrique tempori accommodatas è libello vnà palàm publicè recitarent,iuduſtriâ maiorem fructum ſortitâ,quàm fortè occurrat rem non impenſiùs cogitanti.

§. II.

S. IOSEPH, S. P. XAVERIVS.

4. APud Nanceianos curatum,vt publicum religioſæ pietatis cultum erga ſanctiſſimum Deiparæ Sponſum Noſtri maiorem in modum proferre ſint conniſi. Inſolitus planè fuit concurſus,& fructus,atque longè ſuauiſſimum laboris operâ longè minoris leuamentum.Eo in nomine quantum ſtudij Lotharingia impendit, tantum ſpei concepit. In publicam ergo ſpem Patriæ cùm indicta nouendialis comprecatio eſſet, Rector Collegij per illud nouendium in illuſtri ciuitatis nouæ Parochia tam viuido ingenio ad volentiſſimas populi aures dixit, vt ne concepti tunc erga ſanctum Ioſephum ignes tempore ſopirentur, miſſis tribus è ſuo cœtu delectis viris inclytus Magiſtratus conciones illas & propensâ gratiarum actione laudârit, & ad manſurum publicæ pietati emolumentum in typos & lucem illas edi flagranter petierit, impetrâritque.

5. Illud

5. Illud autem Xauerij gloriæ fecit DEVS, uòd Parochus Vergauillanus, qui à menſibus o-nninò ſexdecim æger decumbebat, cuiuſdam è ocietate Patris, fratris ſui, monitu, concepto in (auerij honorem voto, ſit conteſtatus, deſpera-im penitus à Medicis valetudinem ſe Sancti ope liciter conſecutum.

§. III.

DE IIS QVI MORTEM OBIERE.

6. MVſſiponti 10. Ianuarij nonagenarius deceſſit, ſexto & ſexageſimo ætatis inter os actæ anno *Stephanus Belvaux* Lotharingus, rei ortenſis & orationis aliquot antè quàm alij ſur-erent horis in templo productæ apprimè ſtudio-ıs. non ætate quàm plenâ ſuæ ſortis virtute ma-ır, & amabile, atque antiquum ſingularum, quæ Adiutoribus temporalibus apud nos quæruntur irtutum ſpecimen, veſte breuiore, ſimplicitate, eucrentiâ, vigilantiâ, pertinacíque labore. Con-ımaciam quorumdam Coadiutorum turbas ciere neditantium, quòd breuiores quàm alij veſtes ge-are iuberentur, exemplo, & illo dicto compe-cuit: Abſcindant vel coxarum tenus, modò me Societate retineant, magno me honore, ac feli-itate cumulatum putabo.

7. Obiit ibidem 3 Idus Octob. *Gerardus Boyer* Aruernus adiutor 75. ætatis, 44. initæ Societatis nno, ſtrenuiſſimi Coadiutoris, & manu ac obe-

dientiâ ſemper impigri laude dignus; charitate quoque in vnius è Noſtris peſte afflati obſequiis nobilitatâ. Dulciter quieuit, qui tam ſtrenuè laborarât: nam ſingulari valetudinarij ſcitè conſtructi felicitate, cùm Sacramentis ad iter æternitatis accinctus animam ageret, ſibi ſatis etiamnum conſtans, & laudatiſſimâ Superiorum induſtriâ in valetudinarij ſacello ſacrificium incruentum celebraretur, dum myſticæ conſecrationis tempus inſtare audit, & caput aperit adorabundus, in ipſo religioſiſſimæ adorationis conatu animam efflauit.

8. Ibidem 7. Decembris ſupremus inter mortales fuit *P. Petro Dagonello* 4. vot. profeſſo, Lotharingo Lifoliano. Is inter Muſſipontanos Conuictores, morum probitate ſancti adoleſcentis nomen palàm tulit, quod nomen etiam deinceps Societatem anno 1605. ingreſſus, ſeu Philoſophiam doceret, ſeu Nouitios, Magiſtri ſocius erudiret, ſeu ſacras operas exerceret, cumulatè impleuit. Nec peſtis, nec alia dirorum vel ipſo aſpectu morborum nomina illi terrori, verùm incitamento fuêre, vt animis primùm, deinde corporibus quoque, admirabili ſui victoriâ, & charitatis exemplo, per annos propè triginta vtilis, omnes inuiſeret, foueret; itinera longa & cæli iniuriis impedita capeſſeret, luxatíſque lapſu aliquando in miſſione ad alterum genu compagibus, neruíſque contuſis, acerbiſſimis doloribus & Medicorum deſperationi ſuperſtes, ad operas alacer prouolaret. Annos 63. natus, trigeſimo à Philoſophiâ explicatâ anno, par-

uulis

ulis in puluere Grammatico erudiendis lubentem
operam dedit toto triennio; nihil eorum, quæ per
illud munus licebant, animarum cauſâ omittens.
Septimo ante obitum anno Sacramenti religione
e obſtrinxerat, ſe quamdiu corpore valeret, neque
miſſionibus pagatim obeundis, neque vinctorum
n carcere, vel ægrorum in Noſocomio ſolatio de-
uturum. quæ omnia ſemper abundè, hoc verò
nno accumulatiſſimè præſtitit; maximè circa o-
mnium egentiſſimos, quorum cocus, mendicus,
Apoſtolus videbatur. Fuit, cùm in miſſione ma-
lidus tibialia ſiccaret, vbi confertam in templo
oncionem adeſſe audiit, madidus, & nudis vt erat
ibiis in ſuggeſtum aſcendit; ne ſi moram faceret,
populus interea dilaberetur. Naturam admirabili
quadam religione ita perdomuit, vt ſilentij reli-
gionem nullâ vnquam intempeſtâ locutione in-
ringeret; conſuetis culinæ, tricliniique vexationi-
bus impensè addictus ac tenax. Paupertatis tam
bonus filius, vt nihil habere vellet; cùmque Bre-
uiario quoque careret, ac obuio quopiam vteretur,
ſuggerenti vt oculorum caligini, petito commodo
Breuiario, tandem conſuleret, ea otioſa eſſe ver-
ba reſponderit. quaſi preces de Breuiario commo-
dato fuſas ipſa paupertas religioſa condiret.

9. In Diuionenſi Collegio Prid. Kal. Sept. poſt
mira annuæ in morbo patientiæ exempla, purga-
tam tot doloribus, ita vt ipſe à DEO inter morta-
les Purgatorium flagitârat, animam dedit *Remigius
Milſon* Coadiutor ante 52. annos Nanceij, patre

phrygione natus, & eius artis peritiâ, idoneóque ad omnia ingenio, ac præſtanti iudicio magni ſemper habitus; cùm nullum fuerit Coadiutorum officium, cui ſe peridoneum ſtudio ſuo non reddiderit. Per 37. annos, quibus Societati fideli operâ ſeruiuit, eminet illa illius charitas atque dexteritas, quâ anno 1636. Dolæ in lue teterrimâ, cùm ciuibus, tum verò Noſtris tantâ ſedulitate ſe impendit, vt illum charitas vnum plurimorum inſtar fecerit, & potentem & volentem ad omnia. E Societate duo ac triginta peſtiferâ ſideratione quaſſati, nec niſi nouem illi malo ſuperſtites, Remigium pro mediaſtino, medico, patre, coquo, fratre habuêre. ille cibos, ille pus, peſtiferos carbones, omnes ægritudinis ſordes tractare; ille mortuos condere, ac nonnunquam eodem die quatuor etiam ſepelire; ac neque morbo ipſi iam imminenti, & valetudinem non obſcurè tentanti cedere. mirabile, amabile, & cum plauſu triumphóque ſpectatum charitatis exaggeratæ ſpectaculum.

10 Metis, exeunte Aprili, cælo, vt benè ſperamus, aſſertus eſt quarto initæ Societatis, 22. ætatis anno *Ludouicus Mimenu* Heduus; nullius, quod vel aliis de illo, vel ipſi de ſe conſtaret, voluntariè violatæ legis reus; conteſtatus etiam ſe ſociis non aliter quàm vt Chriſto miniſtraſſe, cùm vnus omnia ferè munia lubens auidúſque obiret. ad legum noſtrarum explicationem audiendam, tanquam ad gemmam Euangelicam, tenero ſtudio anhelabat. ſemel quot hebdomadis conſtanter ca-

nebat receptui; totámque hebdomadam particulatim certis in dies ſingulos corporis vexationibus aſſignabat; ita vt alio die ieiunium, alio verberationem, alio cinctum cilicinum, alio aliam feſſi inter perpetuos labores corpuſculi caſtigationem præſtitutâ ſerie ac circuitione ſubiret. Ita dies plenos breui morte abſoluit.

11. Noſter eſt, etſi Varſauiæ V. Idus Octobris phthiſi enectus *P. Franciſcus Marillerius* Burgundus, anno Chriſti 1632. ætatis ſuæ 17. Societati adſcriptus, & in Poloniam cum Reginæ Confeſſario inuitâ Campaniæ Prouinciâ miſſus, cùm à Superioribus ad Philoſophicas commentationes deſtinaretur, ipſe verò Scythas, aut ſi quid immanius, vel ad animarum quæſtum vtilius eſſet, deſiderio complecteretur. Nulla illum oris & formæ dignitas commendabat; verùm ingenti memoriæ felicitate, ingenij facilitate, virtutis eminentiâ eximius animus & formam illi dabat & decus. Callebat linguas Latinam, Hebraicam, Græcam, Gallicam, Italicam, Hiſpanicam, Syriacam; nec Germanicæ deinde Polonicæque ignarus. At ille ſui demiſſione, ac immiti corporis laceratione religioſior, atque illuſtrior, vt cibi & potionis inſuetæ, neque Gallicano ſtomacho idoneæ mentionem omittam, habuit contextas ad ſpontaneum verberatum fidiculas, aciculis quinque horridas, eáſque recenti, hoc eſt, iam ægri ſanguine aſperſas. Aiunt etiam longa & impedita itinera contuſis eóque cruentis pedibus emenſum, vt miſſiones

algente ac rigido cælo Polonico per niues & gla-
ciem obitas taceamus. Diu ægrum, & emoto ſto-
macho, ac tuſſi, mediciniſque vexatum incredi-
bili pietate condita patientia coronauit; dolentem
acerbè quòd inter Sociorum amplexus domi, non
inter cruces barbaras foris vitam deponeret. Pro-
uidenter ſanè in illa doloris ac ſupremæ neceſſi-
tatis tempora, quaſdam ſibi aſpirationes college-
rat, quibus dolores ſuos ac mortem faceret pre-
tioſam. Propter amorem tuum! inquiebat, hoc
eſt, quia ſic me amaſti, & amas, & vt in poſterum
ames magis! Item quia te amo; & amare debeo
& vt magis amem deinceps, ſuſcipio de paterna
manu tua omnes & ſingulos huius morbi dolores

Ita, gratus omnibus & acceptus, atque pro
Sancto vocibus & opinione omnium
celebratus, acerbâ morte
conſumptus
eſt.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ CASTELLANÆ ANNORVM M.DC.XLIX. M.DC.L. M.DC.LI.

1. HOc triennio per 25. Collegia, & alia domicilia, 528. ſocij hac in Prouincia rem geſſêre. Fabricis nouis augetur Prouincia: quas inter Arebalenſis Collegij templum nouum, præter ciuium liberalitatem, à Catholico Rege Philippo IV. ad æs Campanum prægrandi æneo tormento arci detrahi iuſſo donatum eſt.

§. I.

FIDEI, ET VIRTVTVM EXERCITIA.

2. IN Sebaſtianenſi Collegio, Societatis operâ, duo hæreſim eiurarunt. In Compoſtellano verò tres: vbi etiam S. Iacobi ope mentis alij, alij etiam corporis incolumitatem ſunt adepti. Exempla veſperi pro more narrata mirabiles per vniuerſam Prouinciam vtilitates peperêre; ſúntque ſingularia omninò inſtrumenta Societatis ad lætam ſegetem ſe ad vias rectas accingentium animarum.

3. In Collegio Palentino virtutis cos eſt neceſſitas, & huius leuamentum virtus, quando ſine aſpernatione vlla, imò cum voluptate ſe filios ma-

tris paupertatis eſſe experiuntur Socij, & ad elee. moſynam corrogandam quot hebdomadis prode. unt oſtiatim, fabricâ interim haudquaqnam ne. glectâ.

4. In Legionenſi Collegio Patres, qui tertiùm probantur, ingentia quotidie mortificationis experimenta præbere feruntur. Nam vt Xenodochij ſqualorem, & incommoda ſolita prætereamus, eo corporis cultu, qui occupationem talem deceat, ad plateam prodeunt aquæ de fonte hauriendæ cauſâ: inter mendicorum globos ad cænobiorum ianuas adeunt ad petendam ſtipem: in conferta puerorum turbâ Catechiſmo adſunt, interrogandi & ipſi, ac reſponſuri.

5 In Collegio Monfortenſi 40. horarum celebritatis fructu captus nonnemo, quicquid eum in vſum luminarium erit deinceps opus, liberali cenſu præſtituto conſtituit.

§. II.

DE POENITENTIÆ SACRAMENTO.

6. APud Ouetenſes, ea opinio quorundam animos peruaſit, beatè illum animam agere, qui è Societate quempiam habeat illo in agone magiſtrum. Quidam Pœnitentiæ fructum tam luculentum hauſit, vt ſolum patrium verterit, quò ſe ſe ab illecebrâ quadam perſeueranter euolueret.

7. Pompeiopoli mentis perditæ homo ad frugē rediit, quem ipſe adſpectabilis infernas genius in

nefa.

efario noxarum ſilentio præfractè hactenus atti-
ebat: nunc demum agnouit illud; *Va mihi quia
cui!*

8. Apud Numantinos cuidam ætatis proue-
æ viro quædam à ſe in prima ætate nefariè acta
Sacramento prodere nimiopere erubeſcenti te-
rrimum enormis, & in gigantem exporrectæ mo-
ſpectrum ſe obtulit, colore, mole, minis formi-
bile quodemumcunque timidos oculos auerte-
conaretur, conſcientiâ quoque illud identidem
geminante: Hæc nempe tibi ferenda ſunt ob ea
imina, quorum tibi conſcius ea non expiaſti. Ne-
ue tamen perpulit animum peruicacem is terror:
nec ille, quo ſibi attonitum capillum formido-
sè ſurrigi ſentiebat, quoties domo prodiret. Se-
el Noſtrum de hominis ad infelicia æternitatis
rmenta ob ſacrilegum id genus ſilentium dam-
ti hiſtoria loquentem, & rei pondus acriter vr-
ntem audiuit, móxque illo timore illigatus, at-
ue ad confeſſionem illectus eſt.

§. III.

MISSIONES.

9. LEgionenſe Collegium quotannis octo,
decémue Socios expedit ad ſacras, &
ultis nominibus inſignes expeditiones. Ad Col-
egium Villæ Francæ Aſturienſis Præſul plenas di-
ni Epiſcopo zeli dedit literas, quibus Noſtros ad
iſſionem quandam inuitabat ad extirpanda ziza-

nia gliſcentium inter nobiles exitialium diſſenſi
num. id quod & promptè & eo ſucceſſu perfect
vt cumulatiſſimè gratias pro eâ operâ idem Soci
tati retulerit.

10. Compoſtellani Patres à vicinis Paroch
& Magiſtratibus, non ſine lacrymis ad miſſione
inuitati. quibus cùm ſatisfieret, Noſtris venient
bus plebs obuia in genua fundebatur. Quocir
tantus Catecheſeos habendæ Parochos ardor i
ceſſit, vt eorum quidam voto publicè coram ſu
nuncupato ſe ad ſacram illam inſtitutionem D
minicis habendam religiosè obligârit.

11. E Collegio Numantino præter pagos
oppida non ignobilia quinquaginta, etiam ad vrb
quaſdam adeò felici operæ pretio excurrêre P
tres, vt Arandæ Ciues rerum, quæ iſtic agebantu
admiratione ac voluptate capti Collegio ibi figer
do templum nobile obtulerint, & fundos, domo
hortóſque non paucos, vt incœptio tam præcla
emolumenti ne intercideret.

§. IV.

BEATISSIMA VIRGO.

12. OPpidi cuiuſdam nobilis poſtulatu
Collegio Numantino per omne vern
Ieiunij tempus iſtic laborauit Pater eâ induſtriâ, v
omnes vires ad geminum hunc polum, ſeu cardi
nem conferret, nempe vt frequentem ac piam Sa
cramentorum vſurpationem, deinde vt eximiun
erga

ga Deiparam ſtudium populo ac religionem per-
aderet. Quocirca ſacro illo tempore quotidie
pio quodam viro campanulâ & voce per plateas
citi ad ſummum templum confluebant, vt iſtic
eiparæ coronam vnà recitarent.

13. Cui pietati accendendæ idoneè acceſſit
pportuna Deiparæ Virginis benignitas. Nam fæ-
ina, quæ pedibus vti vix poterat, cùm tamen ſe
l conciones adduci ſemper iuberet, auditis pro
ncione Deiparæ laudibus, atque ad eius cultum
citamentis, meliùs habere ſe ſenſit. Altero die
ùm Concionator in Virginis laudibus ardentior
tis facundiæ ſacræ viribus æſtuaret, miréque a-
os etiam concitaret, móxque *Salue Regina* cane-
etur, repentinò ſe ſanam valentémque vidit, &
etitiæ ac vocis retinendæ impotens exclamauit:
ectè valeo! valeo! conualui! quibus vocibus inter-
ıptus eſt canentium chorus, & coortus in fre-
uenti templo lætus plauſus, illam benè ac expe-
itè citra adminiculum ingredi, & vera de ſua in-
olumitate voce inceſſúque teſtari gratantium.
uæ certè res animos & corda per concionem iam
mollida, teneriore in Deiparam fecit æſtu lique-
cere.

14. Ibidem quidam animum ad peccatorum
ilentium obſtinârat, iámque hortatione dæmo-
is nocte ſubluſtri ſe de lecto æger ſubduxerat,
& ad præruptum flumini imminentem locum per-
enerat: ſed in eo temporis articulo, quo ſe a-
gere volebat præcipitem, ab eo diſcrimine illum

Vir-

Virgo Mater olim ab illo religioſè culta auertit

§. V.

SCHOLÆ, ET SODALES.

15. SCholæ vbique magno numero, nec mi-
nore fructu effloreſcunt. Vnicum Com-
poſtellanum Collegium trecentos numerat mora-
lis Theologiæ auditores. vnde ibi alibíque præ-
clara Sodalium, veluti MARIAnarum apum exa-
mina, etiam numero exaggerant pietatem.

16. Salmantina nobilitas, quæ ſuæ religioni
titulum Sanctiſſimo Spiritui mancipauit, pio velu-
ti congiario, eleemoſynis in menſes ſingulos pro-
fusè datis egentiſſimos quoſque ad noſtrum tem-
plum & Sacramenta obeunda ſic allicit, vt illos
è templo meliores, ditioréſque dimittat. Oueten-
ſium ciuium congregatio plus quàm ſexcenta ca-
pita complectitur, & bis quot hebdomadis in
Quadrageſima, ſemel autem ſingulis anni hebdo-
madis veſperi ad noſtrum templum confluit; mi-
rabili circa ægros ſuos, ac morte functos accura-
tione diligens atque laudabilis.

Illud quoque Scholarum ſeu Sodalitatum eſt,
quòd in Monfortenſi Collegio quàm plures, in
Salmanticenſi autem quàm plurimi ad ſigna cæle-
ſtia in aliis atque aliis Ordinibus religioſè capeſ-
ſenda è noſtræ diſciplinæ ſinu con-
uolârint.

§. VI.

§. VI.

S. P. IGNATIVS.

17. PAlentiæ aliqui notæ optimæ Sacerdotes hauſtâ in Ignatianis commentatio-
us diuinarum rerum perſpicientiâ, publico vti-
ıe exemplo teſtati ſunt, quid in ſacro illo receſ-
giſſent. In Iudelano Collegio ad veſpertinam
mplorum narrationem vrbs omnis confluit:
le multi ex abyſſo emerſêre. Nobiliores verò
uot ipſi exemplum facti ſunt aliis: quorum vir-
exercitiorum commentationibus eſt incitata.
tè apud Ouetenſes inter alios, quos aſcetas ha-
re, vir quidam nobilis poſteaquam per ſacrum
adrageſimæ tempus apud nos animum iuxta
atij leges exercuit, aiebat ſibi adeò ſatisfactum,
óque alium ſe ab illo eſſe, qui venerat, vt iam
pſe vix noſſet, optarétque ad eadem ſæpiùs quot
ıis ſibi otium ſupereſſe.

18. In Collegio Villæ Francæ porrecta cui-
n fæminæ ærea S. P. Ignatij effigies illam tran-
llauit, abacto inſidioſo dæmone, cuius intem-
periis per iniectas cogitationes vexata,
brachij quoque partem, pelle
planè detractâ, attriue-
rat.

§. VII.

§. VII.

DE VITA FVNCTIS HOCCE triennio.

19. IN Collegio Numantino magnum apu nobilitatem ſui deſiderium reliquit mo riens *P. Michaël Iribarrem*, propè nonagenariu Moralis Theologiæ reſponſis clarus; at religioſ vitæ per altiorem virtutem ſemper excolendæ ſtu dio, item orandi atque indulgentiarum, quas ma ximi faciebat, induſtriâ, peritiâ, perpetuáque cu piditate longè laudatiſſimus.

20. In Collegio Monfortenſi tres vitæ curri culum finiuêre. *P. Ildephonſus Vaſquez* ætat. ann 75. Soc. 56. Philoſophiâ & morali Theologiâ do ctâ, gubernatione, conſiliis, religione præclaru ſacræ inquiſitionis Conſiliarius, ac Cenſor. Ali duo Humaniorum Profeſſores, *Nicolaus Ore*, anno æt. 33. Soc. 3. *Iſidorus Fernandez* æt. 28. in Societate octauo.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ FLANDRO-BELGICÆ

M. DC. L.

VIcenis domiciliis, & nauali, Caſtrenſi, Hollandicáque Miſſionibus, ac ferè octingentis vniuerſè capitibus conſtitit hoc anno 1650. Flandrobelgica Soc. IESV Prouincia, non
ùm obnoxia bellicis vel domi vel finitimæ vi-
itatis turbamentis. At ne annuæ in querelas ver-
lla potiùs, quæ iſtic paſſi ſunt Noſtri, quàm quæ
DEI gloria, & ſalute mortalium egerunt, pro-
uantur, de his quæ præclarè acta ſunt, memora-
digniora, petito ab hæreticorum reductione
io, ſummatim quædam deligamus.

§. I.

RELIGIO CATHOLICA prolata.

1. PRolatos rei Orthodoxæ fines & domi læ-
ta vidit Prouincia, & miſſa quaquauer-
n ampla probatorum ſociorum manus aforis
ntiauit. Reducti ergo ad auitam fidem quadrin-
ntis affatim plures: quorum aliqui & ipſi alios
oribus exuère; aliqui vel ſerò, at ſatis tempe-
è tamen, ſapere docti 70. aliqui etiam 90. ætatis
anno,

anno, & quidam Beatiſſimæ DEI Matris præſen
ope conuerſi, vtpote qui diuinæ Matri etiam dun
foris extra Catholicam Chriſti caulam eſſent, pro
penſione ſingulari religioſæ voluntatis ſe aieban
fuiſſe addictos. Sed horum quoſdam curatiùs diſſe
ramus.

2. Habitabant cum nepte adoleſcentulâ Wi
hæ in Hollandiæ pago propè Swollam duo coniu
ges ætate prouecti, quorum probitati nihil deerat
niſi fides. Horum in domo perdius, & pernox dæ
mon, non ſupellectili, non veſtibus, non pecuni
clam è loculis euaneſcenti parcebat; voluebantu
allidebantur hinc & inde iactatæ ollæ fragore in
genti; puella neptis claro die ab inuiſâ manu tuni
câ bis exuta; ipſæ quas geſtabant veſtes vrebantur
lacerabantur; in lecto, atque etiam in ciſtis obſe
ratis repertæ prunæ; ac vbique ſordes. E pen
ablatæ carnes torrebantur, & vorabantur vnà cun
oſſibus, idque adſpectante plurimo, etiam nobili
ſimo ſpectatore, quem increbreſcens fama exciue
rat. Scipio Proprætoris, quem ille manu gerebat
cùm ingrederetur, cultro quaſi ſcindi, ac frangi vi
ſus. Rebus ita in turbido poſitis, cùm ambigerētu
cauſæ, quid eſſet, vnde iſta manarent, & inopes o
mnis conſilij heterodoxum miniſtrum timidum a
vitabundū, non poſſent ad opem ferendam adduce
re, ne longâ contra ſuum ſacrificulum conqueſtio
ne tempus prolataretur, adfuit communi tam Ca
tholicorum, quàm Acatholicorum ſuffragation
delectus ac vocatus, & nihil contatus Patrum e

Socie-

cietate nonnemo, & authore ingenio occaſio-
s tempeſtiuitate vſus ad DEI gloriam, adhibitis
orciſmis omnem promptè operam adpromiſit,
odò tamen priùs Catholicâ exomologeſi expia-
DEO venienti fores panderent, & internecinum
uinæ gratiæ ac animarum hoſtem è corde fuga-
nt. Id vbi ritè perfectum eſt, cònfeſtim & abla-
puellæ veſtis,& in loculis pecunia, & ſenſim an-
o conqueſtu nequicquam vocata hactenus quies
dire occœpit, adeò vt iam nec tam creber,
c tantus fragor, & ſeptimo aut octauo pòſt die
llus iam terriculamentorum ſtrepitus audiretur;
rùm alta pax & DEVS pacis. quo vno compen-
o ſeptem vel octo reſipuêre ad fidem illam, in
ıâ DEVS talem poteſtatem dedit hominibus, qua-
m in proſperis inquies atque indomitum, in ad-
rſis autem timidum, ac imbelle hæreticorum
nciliabulum non haberet.

3. Neque infeliciter alea nobis cecidit, DEO
rtes verſante, vt ne afflictorem ſentiremus dæmo-
em, quem affligebamus. Duo è Societate Fredri-
opoli in Holſatia ſe per quorundam inuidiam
arto iam decori & Apoſtolico muneri abſtrahi
tis intelligebant. Eorum ergo alter Heliopolim
ıam, ſeu librum, in quo Germanico idiomate lu-
em fidei demonſtrabat, Duci honoratè dedicatam
edit. quo publici honoris, & argumenti adeò il-
uſtris authoramento, Ducis animum adeouſque
ilarauit, vt Patres priſtinâ libertate vti voluerit,
bri authori pecuniam, torquem aureum, & nu-

miſma etiam adamantibus pretioſè diſtinctum, &
hinc Ducis effigie, inde ſignis gentilitiis nobilita
tum donauerit. Liber verò, DEO authore, pluri
bus pro Heliopoli fuit ad puram lucem.

4. Illud etiam diuinæ prouidentiæ fuit com
memorabile paradigma, quòd Ipris ſexagenari
vetula, quæ cum duabus neptibus heterodoxis in
Hollandiam fugere deſtinârat, & verò iam ani
mum obſtinârat, opportunâ febri lecto affixa, erro
rem à Patre noſtro dedocta, & ritè ad mortem Sa
cramentorũ adminiculis adiuta, iter in cælum, non
in Hollandiam, ſalutari morte intenderit. Cæte
rùm eorum non paucis, qui ab exitialibus illis te
nebris emerſêre in lucem, non modica fuerunt ex
antlanda in gratiam coortæ lucis. Vnde monſtrar
digito irriſore, cachinnis petulanter explodi, ſpes
& minas, atque rei etiam domeſticæ iacturam in-
ſuper habere, adeóque à ſuis exulare nihil in hac,
nihil in aliis Prouinciis noui eſt in ſimili argumen-
to.

5. Bruxellæ, præter alios, etiam in Catholi-
cam veluti deditionem acceptus Epiſcopi, vt qui-
dem illorum æquiuoca nomenclatio eſt, eiuſdém-
que Miniſtrorum per caſtra Suecica Superinten-
dentis, & Reginæ Sueciæ Præceptoris filius; qui in
ornatiſſimâ plurium coronâ, in ſacello Sereniſſimi
Leopoldi Archiducis Auſtriæ, ipſo etiam præſente
Archiduce, Sacramentum dixit agnitæ Religioni
Catholicæ, lætus animi quòd ſuas tenebras nunc
primùm videret ad lumen illuminantis tenebras

no-

oſtras DEI, eaſdémque damnaret.

6. Ipris Anglus hæreticus in ſpectabili Catho-
corum erga Chriſtum patientem religione ſalu-
ri lumine piè perſtrictus, ab hæreticis, tanquam
inimicis Crucis Chriſti diſceſſionem fecit. Quâ
pportunitate admonente, iuuat hanc exequialis
ompæ ſcenam Iprenſium ipſorum verbis particu-
tim referre, quæ ſit ſpecimen aliarum in hac, a-
íſque paſſim Prouinciis in ſacratiore Chriſti mo-
entis hebdomade, fieri conſuetarum. Præibat
mnibus, aiunt literæ, vti dignitate, ita pietate Gu-
ernator magni ponderis labarum nudo per viam
apite præferens: ſequebantur Duces, Præfectí-
ue militum inſigne Dominicæ Paſſionis alij aliud
eſtantes. Stipabant latera gregarij aut verſis ha-
is terram radentes, aut cereos lucentes. hos inter,
illos tubæ, atróque obducta panno tympana,
erale perſtrepebant. Pòſt, alij oblongæ trabi, aut
udis gladiis, aut ferreis catenis adſtricti; alij Cru-
e ponderoſâ grauati. facilè 50. in candidâ omnes
eſte flagris terga lacerabant, identidem etiam à
Noſtris reficiendi, ne in via deficerent. Claudebat
olennitatem prodigioſa dolentis Virginis ſtatua,
quam, præeuntibus lugubri concentu ſymphonia-
cis, Studioſi noſtri, vti priùs ex æde principe in
noſtram ſolenni pompâ deduxerant, ita & per
vrbem totam ſingulari modeſtiâ, &
pietate comitaban-
tur.

§. II.

SACRAMENTORVM RELIGIO, & vtilitates.

7. EXperta eſt ſemper iam inde à primâ æta te S.P.Ignatij hortatu edocta, & experi tur etiamnum Societas, quòd per frequentem a religioſam Sacramentorum vſurpationem, animo cæleſtis diſciplinæ alumnos, his gratiæ alimenti prouehat ad vires ſolidas, prouidus bonorum con ſiliorum ſeminator, & ſator, ac teneræ noſtræ vir tutis educator ac altor Chriſtus: cuius immortal corpore in Euchariſtico Sacramento refectorum numerus, quantum circiter inire potuimus, fui (776690.) ſeptingentorum ſeptuaginta ſex mil lium, ſexcentorum & nonaginta. Inter eos, eáſ que, quibus in valetudinario aut aliàs poſt diu de liberabundam comperendinationem perſuaſum tandem eſt, vt ab immundâ cùm aliarum ſordium, tum pertinacis ac variæ turpitudinis illuuie ad Sa cramenta recurrerent, fuit etiam vna, quæ propi natas lautas ab adultero ſpes atque ſtipendia poſt habuit puritati; & altera, quæ ſicut per annos duo decim tredecímue procul Sacramentis in volupta ria fœditate vixerat, vt ab illorum interpellatio ne libera indulgentiùs volutaretur; ita deinceps iiſdem crebrò vſa eſt Deo iam reſtituta, ne lubrico veſtigio retrò ſublapſa referretur, vnde tam ægrè prorepſerat. Alia vnà cum ſacrilego amatore de-

ter-

rrita eſt à ſcelere, & à fugâ, quam ad hæreticos
lornabat. Duos narrata in Parthenio inopina cu-
ıſdam in lecto repentinò extincti mors ad gene-
lem de totâ vitâ confeſſionem induxit.

8. Quidam Gorcomij in Hollandia, vt bene-
ɔlè vigil eſt in mortalium commoda diuinæ pie-
tis ingenium, à nocturnis quibuſdam imagini-
ıs & ipſe diem ſerenum hauſit, & aliis accendit.
enit is manè maturrimè ad Patrum quendam, &
tulit alium ſe iam ab eo, qui hactenus fuerit, eſſe
elle. ita ſecum ſanctè ſententiam obfirmaſſe no-
e proximè anteactâ, cùm formidabili ſpecie ſibi
er minacem quietem oblatâ, quaſi ad aleam de-
etorij tribunalis à DEO ad reddendas temporum
orum, ac rerum omnium rationes, atque ad ac-
piendum æternum ac ferale ſenatuſconſultum,
ne ſpe comperendinationis, minaciter vocare-
ır. Vſurum ſe quàm poſſet proinde optimê tem-
ɔre, quod ibi ad componenda ſua in illum neceſ-
tatis articulum negotia Iudex diu multúmque ro-
atus tandem indulſiſſet. Vt vt ſomnium illud vo-
emus, certè ille conſcientiâ integrè ad omnes nu-
ıeros emendatâ, non vanus etiam aliis author
ıit, vt quidam longi temporis, nonnemo quadra-
inta omninò annorum, turbatas rationes cum
EO componeret; vt ne inenodabili poſtea nodo
ærerent perplexi atque impediti in illo inemen-
abili tribunalis æterni iudicio.

9. Ad eiuſdem tribunalis, ac diuinæ proui-
entiæ Sacramentum ſpectat illud quoque in agro

Gandenſi. Ad ægram foris fæminam euocabatu
is, qui aliàs illi peccata confitenti aures dabat Pa
ter. Sed ægræ iuſſu addidit is, qui euocabat famu
lus, vt huic etiam ſe comitem adderet is è Patri
bus, qui hero à conſcientiæ arcanis eſſet. Non dee
rant, quæ Patrem alterum à ſuperuacaneo, vt qui
dem videbatur, itinere auocarent. Abiêre tamen
& vterque à ſano Patrefamilias, atque ab ægrâ con
iuge liberaliter comitérque accepti, illud etiam i
operæ pretio retulêre, quòd lætus animi coniun
diceret, ſe his infirmæ vxoris, ac præſentis præte
ſpem & expectationem ſuæ conſcientiæ modera
toris opportunitatibus admoneri, ad accommo
dandas ſuæ conſcientiæ rationes. Altero die Patre
ad ædem ſacram diuinis operaturi dum abeunt, do
mum ab anhelo famulo herum extremum ſpiritum
agere nuntiante reuocati reuertunt, & ecce domi
num heri valentem ac vegetum, iam longâ & cre-
brâ animi defectione periclitantem reperiunt. Er-
go tempori perſuaſa illi haud inuito confeſſio eſt.
& Medico authore porrectum ſacrum viaticum,
quo accepto priùs è vita diſceſſit, quàm infirma v-
xor illum vel ægrotare acceperit: cuius dolori, &
Noſtrorum etiam labori perquàm maximum leua-
mentum fuit cogitatio DEI nobiſcum, & quaſi fine
nobis, tam conſertè ac appoſitè alia ex alijs ordi-
nantis, & ad finem nobis ignoratum ſingula in o-
mnibus prouidentiſſimè diſponentis.

10. Vt ad vtiliſſimam Sacramentorum fre-
quentiam populus eò faciliùs, & procliuiùs rape-
re-

etur, non vltima ſacræ induſtriæ pars fuêre feli-
es illi manes, quos diuina iuſtitia flammis purgan-
ibus excoquit ad coronam. Inuitata ergo eſt cha-
itas Chriſtiana, vt, quando Romam ad Iubileum
er intendere non omnibus eſſet integrum, quo
ndulgentiarum vbique extra vrbem eo anno pro
iuis ceſſantium theſauro pro ſe ipſi vti non poſ-
ent, illum omnem tanto liberaliore quadam pro-
igentiâ in defunctos expromerent. Atque illum
n finem, vt vnum è pluribus afferamus, Lyrâ (vnde
atres è ſchola ſpiritûs ad plura milliaria ſub Na-
ales etiam & Paſchales ferias excurrêre, admira-
ili accurrentium numero atque fructu) ad proxi-
num Bochaut pagum, adnitente Curionis ſoler-
iâ, ad conſtitutam Septuageſimæ Dominicam fo-
as itum: & lugubri ad ciendam miſerationem exe-
uialis pompæ apparatu, & æris campani ſono, &
eminâ ad confertæ concionis auidas aures adhor-
atione, ac explicato, laudatôque indulgentiarum
retio effectum, vt præter Curatum, duos è no-
tris Patres toto illo die ac noctis parte, poſtero au-
em die ab aurora vſque ad poſtmeridianas horas,
opulus ad Pœnitentiam affluens tenuerit occupa-
os. qua in vbertate meſſis lætiſſimæ illud non in-
er poſtrema poſuerim in lucro ac æſtimatione du-
enda, quòd iſtud inſolitæ gratæque populo indu-
triæ documentum latiùs poſtea pertinuerit, fue-
itque inuitamento mox aliis ad ſalutarem erga
nœſtas illas animas beneficentiam pulcherrimâ
æmulatione beneuolè imitandam, etiam iis, qui

rem antea interuertere connitebantur, vltrò inte alios primas occupantibus; adeóque augeſcent numero, vt & è Collegio Patres, & è viciniâ Paro chi plures fuerint iſtò ad ferendas fœcundo ſuauiſ ſimóque labori ſuppetias aduocandi, ardore ill ſancto ſemper plus vltra mirificè gliſcente, & iar nouem ſacra tribunalia occupante.

§. III.

BEATISSIMÆ DEIPARÆ cultus, & beneficentia.

11. MEchliniæ nouum antiquæ pietatis au ctarium acceſſit in eo, quòd Beatiſſi ma miſericordiæ Mater Sodales ſuos materno qua ſi genio ſuo viſa ſit imbuiſſe, quando præclaro mi ſericordiæ ingenio conſtitutum eſt, vt in ſingula hebdomadas vnum in Oratorio ſacrificium cu rent, eidémque religiosè interſint, pro militibus aliiſque egentioribus, qui in valetudinariis publi cis migrant è vita.

12. Iuuat nunc breuiarium texere beneficentiæ MARIANæ. Ipris, ciuis à miſerabili cruris dolore iuſſis ad B. Virg. ſtatuam in æde noſtra tribus ſacrificiis, valens ad templum venit, & pro actione gratiarum quartum adiecit.

13. Dunckerkæ ad eiuſdem ſtatuam templi noſtri ſanctiſſimum honeſtamentum, plures qui iam ob animi mœſtitiam intolerantiſſimè oppreſſi, deſperanter de ſe ac ſuis rebus deliberabundi hæ-

re-

ebant inter malleum & incudem, ſuauiſſimè re-
piraurêre.

14. Ad eandem aram Partheniam factâ no-
endiali ſupplicatione, mulier clauda ob ægri-
udinem, quâ per annum conflictabatur, & ſanos
edes reperit, & morbum depulit, & ſanum greſ-
um recepit.

15. Inter nauigandum, quidam à velo tranſ-
erſum acto in mare inextricabili vi excuſſus, cùm
b hybernâ ſuâ quâ erat inuolutus veſte ſe ad ena-
andum expedire interitu imminente haud poſſet,
imidium horæ circiter cum periculo colluctatus,
nuocatæ Dunckerkanæ, quę apud nos celebris co-
itur, Virginis Matris benignitati acceptum refert
eneficium, quòd per tumidos dubij maris fluctus
uo nautæ ſe in apertam vitæ aleam coniecerint,
& in ſcaphâ perexiguâ iam propè intermortuum
aui & ferè vitæ reddiderint. Vt beneficij grandi-
atem è periculi quo defunctus erat magnitudine
duertit, ſupplici gratulatione Dunckerkam re-
dux, indicto ſibi ieiunio, prægrandem ſoſpitatrici
cereum dedit, & Euchariſticum ſacrificium procu-
rauit.

16. In Haiſtrechenſi Hollandiæ pago com-
memorabilis eſt ea, quæ MARIANæ ſtatuæ in ſacra
noſtra ædicula impenditur veneratio: ad quam
compertæ famæ res eſt infantes plures macie ad oſ-
ſa vſque confectos repentè fuiſſe ſanatos. id quod
non vni fuit occaſio ad fidem & ſalutem. Ita ſana-
tæ prolis mater ibidem toto ipſa animo conualuit,

& in Catholicæ Eccleſiæ ac expertam DEI Matr
fidem, orthodoxa facta, conceſſit.

17. Ibidem indubitatum MARIANæ miſericor
diæ ſpecimen fuit puella clauda; quam ij qui noue
runt, ſtatim à concepto, necdum licèt expleto, a
noſtram Deiparam voto viderunt ſoſpitem & am
bulantem.

18. Eſt etiam in Roterodamenſi quadam ædi
culâ ſtatua cæleſtis Reginæ Virginis: cuius benefi
cio adſcribitur noſtra domus, à vicino incendi
repentini venti vi aliò tranſlato, liberata. Ibidem
puella vlcere ad exitium vſque iam imminens pro
fligata, vouit ſe, ſi diuinæ Matris ope adhuc viue-
ret, Catholicâ deinceps in fide victuram. Locu-
pletes de illâ (& illa de ſe) teſtes ſunt, ſubitò per-
ſanatam.

19. Verumenimuerò etiam tuendo charæ ſuæ
Matris honori vindicias fecit diuina Iuſtitia. Ibi-
dem licentioris ac acrioris linguæ hæreticus cauil-
lator in funeſtam blaſphemæ fabulæ ſcenam à DEO
eſt datus. Aiebat ille iocatione ſacrilegâ, olim de-
portatas iſtic in ſupplicatione lapideam Beatæ Vir-
ginis, & ligneam S. Nicolai imagines. Cùm verò v-
trâq; in præterfluentem collapſâ, lignea Nicolai ef-
figies aquis innataret, lapidea verò Deiparæ in fun-
dum deſcendiſſet, lapideam illam ligneæ acclamaſ-
ſe, pergeret porrò natatu euadere Nicolaus; ſe in
fundo miſeram eſſe, quòd idē ſibi lapideæ non lice-
ret. His ille domûs noſtræ Curatorem ſcurra iocu-
latorius intemperatè interpellabat. Verùm non diu
du-

urauit fabula. Nam ipſo octauo ab Aſſumptâ in
ælum Reginâ gloriæ die, talionis pœnam inuênit,
uando in flumen delapſus, nec inſtar ligneæ Ni-
olai ſtatuę ſupernatare, nec inſtar lapideæ clamæ
è fundo aquarum potuit, atque iſtic ſeriò periit
oculare ac infacetum caput.

§. IV.

DE S. P. NOSTRO IGNATIO.

20. NEque hic annus deſes, aut infelix fuit, quò minùs aſceticas S P. Ignatij exer-
itationes, & pia mentis collectæ curricula pluri-
ous in vſu & fructu fuiſſe lætus aſpexerit. Fuêre ij
uatuor & quadraginta : quos inter etiam Dux
Hauræus in his meditamentis æternitatis iter ador-
ans ad mortem haud ita multò pòſt ſubſecutam.
Fuit etiam Reuerendiſſ. D. Carolus vanden Bo-
ſche, Brugenſium deſignatus Epiſcopus, qui tanto
muneri per hæc inclytæ firmamenta ſanctitatis ſe
voluit auſpicatò accingere.

21. Inter adiutas à diuina pietate ad implo-
ratum Ignatij nomen puerperas illa nonnihil ha-
bet admirabilitatis, quæ Bredæ quintum iam diem
puerperij doloribus cruciata, inuocato S. P. Ignatij
nomine, repentè partu ſuo potita conualuit æquè,
atque ſi nihil fuiſſet perpeſſa.

22. Antuerpiæ ſpectatæ pietatis, & DEO de-
uota Virgo poſt accepta iam morientium Sacra-
menta meliùs habere cœpit, ſtatim atque à ſorore

idem

idem olim expertâ votum conceptum eſt ſolenni ſacrificij Deo in honorem S.P. Ignatij offerendi: & deinceps feliciter vires recepit. vtque liberaliter votum impleret, ſacrificium ſolenne in ara princi pe celebrari, & aram centum è cera virgine cerei ardentibus voluit collucere.

§. V.

ODIORVM RESTINCTIO procurata.

23. ERant propè Syluaducenſem agrum, quò è Lyranâ tertiæ probationis Domo Patres excurrerant, fæminæ duæ pertinacibus odiis acerrimè diſſidentes, & mutua odia etiam in alios latè ſpargentes, cùm hanc alij, aliam alij pro neceſſitudine tuerentur. Iam arma tractabantur etiam fæmineâ, ſed rabioſâ manu, quæ nulla quantumuis religioſa vox illis poterat, velut clauam Herculi, extorquere. Noſter ex alto pacificator Eccleſiaſtes, pacificatoriam dictionem exorſus, ita de odio, ita de pace conquiſitè contortéque dixit, vt vixdum digreſſâ concione altera è duabus, quæ plus accepiſſe, quàm dediſſe iniuriæ credebatur, ſe ad pedes Patris abiiceret, promptam ad omnes pacis leges, ad parcendum, ad veniam ſubmiſſo genu & animo abiectè ac ſuppliciter poſtulandam. Dum hoc æſtu iſtic feruent omnia, ecce Dei hoc ſpectaculo affatim delectati ductu interuenit & altera beneuolentior iam longè quàm fuerit, & Patris,

is,imò Angelorum lætitiam cumulauit. Tum ve-
ò quantum antea odiis, tantum deinde accumula-
ſſimis redintegrati amoris ſignificationibus, vo-
e,geſtu,amplexu, oculis lacrymiſque,ac ſingultu,
emineo denique vt ad dura adamantino, ita ce-
o aqueóque ad molliora ingenio certatum eſt,
agnâ & gratabundâ eorum qui furialibus earun-
em odiis interfuerant admiratione, ac facili à
baltternis (vt ſic rem explicemus) odiis auoca-
one.

24. Plura præterea & capitalia, quinque,
nò & 20.annorum odia, quædam etiam in Clero,
uorum adoleſcentum nobilium ſingulare certa-
nen, ſopita, & Collegia facta ſunt locus pacis.
ergis Winoci è 4. graſſatoribus vnus vt addu-
i ad ignoſcendum cuidam poſſet, indictæ in Col-
gio preces ac ſacrificia peruicêre. Nam Pater è
ribus vnum, quem ad capitalem ſententiam tan-
uam benefici DEI donum libentiſſimè accipiendã
iſpoſuerat, ritè inſtructum ad illum miſit. Is apud
micum illum, Vnà, inquit, hactenus coniunctè
iximus. Expende, obſecro, charum caput, & ne
os ab inuicem hæc tua dira in ignoſcendo duritas
ternâ morte abiungat, vide. His glaciali pertina-
iâ & fractâ & in lacrymas liqueſcente, dixit ille:
gnoſco! ignoſco! idémque creberrimè ingemi-
abat, & multâ ſuâ voluntate, multâ ſocij qui in
artem induſtriæ feliciter venerat gratulatione,
acramenta, mortémque ſuſcepit optimæ ſpei ple-
am. Tantum valuêre facta de ſalute illius conſul-

ta-

tatio, communes preces, Patris induſtria, deniq
in argumentum perſuadendi adducta ipſa ſuade
tis ſors & fortuna communis.

§. VI.

CATALOGVS VITA defunctorum.

EX horum, quorum hactenus operam bre
complexi ſumus, nominum Catalogo, mor
felici deletos albo immortalium adſcripſit DE v
omninò quindecim.

25. Bruxellis præter duos Coadiutores, du
Sacerdotes, *Patrem Ioannem Iacobi*, & *P. Godefr dum Grobbendonc*. P. Ioannem dulci quadam anin
ſubmiſſione, ac expeditâ erga omnes altæ charit
tis ſignificatione amabilem pernox apud ægros v
gilia morbo, & morti dedit: ſecuto illum ibid. 2
Iunij. P. Godefrido, qui Societati anno 1627. po
varias de importunis parentum, ac amplis fortun
non obſcuræ inuitamentis relatas victorias, adſcr
ptus, præcipuâ quadam corporis animíque mod
ſtiâ, & eorum quæ mundus æſtimat contemption
videtur inter ſolidæ virtutis nomina referendus
Nunquam ſuæ aut ſuorum erga Societatem ben
ficentiæ (quæ certè lauta omninò fuit, & fund
tionis nomen affatim commerita,) intulit mentic
nem. Adhæc non vulgaria palmaris prudentiæ d
dit ſpecimina in arcto & perplexo negotio. ali

quo-

uoque virtutum ornamentis, quæ Superiorem
ondecent impenſè inſtructus.

26. Antuerpiæ *P. Andreas Boye* 22. Iunij apo-
lexiâ oppreſſus octogeſimum ætatis annum abru-
it. Is olim in Luſitania Belgarum Confeſſarius,
omi poſtea pluribus domiciliis præfuit, dignâ
anquilli ſemper animi æquilibritate, ſcriptis piis
ucubrationibus, & perpetuâ pro miſericordiæ tri-
unali promptitudine, animarum ſaluti attentus.

27. Ad immortales etiam iter felix intendit
6. Martij *P. Ioannes Riſerius* Amſtelodami ante
uodeoctoginta annos natus, conſularis fortunæ
onis & virtute illuſtrium auorum nepos. Nam pa-
ernus, & maternus Ioannis auus fortunæ potiùs
quàm Catholicæ fidei iacturam pati contenti, bo-
is exuti, & naui ſine velis ac remis vento & aquis
ermiſſæ, vetuſto Martyrum exemplo incluſi, ex-
orres, egentes pro vectigali ac cenſu fidem or-
hodoxam, & piam aliorum miſericordiam ha-
uêre. Etiam Ioannes quinquennis exul paruu-
us cum Matre viduâ heterodoxæ patriæ volun-
arium exilium præhabente, extra lautam domi
em, ſtudiis Embricæ, ac poſtea Societati ſe addi-
it. in ea tantâ cum eloquentiæ laude verſatus, vt
liquando Condeus & Philippus Auriacus Princi-
es illo meliorem Oratorem, ſe audiuiſſe neminem
rædicarent. In Hollandia non vno in loco pluri-
nâ vernaculi cuiuſdam ſaporis facundiâ quadra-
ginta annis proximus fuit generationi illi, noctur-
nis ad Catholicos allocutionibus, magnis ad rem

Ca-

Catholicam acceſſionibus celebris; & vixit ſem
per in viuâ quadam Eccleſiæ olim afflictæ ac nun
ſe ſe exerentis, nunc latitantis imagine. Experr
ctum illi, & perualidum ad fidei dogmata perſua
denda, ad ſacras artes, ad animos à terrore, à len
titudine, denique à perplexo aut etiam peruica
errore ad amœnam magnanimitatem, ad ſolerte
impigritatem, ad purgatam veritatem inclinar
dos ingenium. Teſtificantur ij, quorum oculat
teſtificationi fides negari non debet, quomodo pe
nox illi per noctes plures oratio, & die poſtero a
concionem dicendorum attenta elucubratio ſom
num omnem ademerit; quomodo cùm ſe quie
cogeretur concedere, ſe veſtitum ac inuitum, a
breuem ac durum ſomnum humi abiecerit; qu
pericula per auia & inuia, quas latebras adierit
& quibus preſſus anguſtiis inter ſacrum & ſaxu
hæſerit. id quod vel à linea illius ſubucula liceba
argumento coniicere, in qua ſudorem quendar
ſanguineum notauêre ij, qui eam intentiùs inſpe
xêre. Iuuenis licentioſior, qui P. Riſerium contr
grauia quæpiam prælicenter viuentium vitia pr
concione tonantem audierat, ad illum poſtea a
cubiculum furenter præceps acceſſit, ac rabida ex
poſtulatione, proditam de ſe in concione ſacro
ſancti Pœnitentiæ Sacramenti fidem, ac peccat
ſua clàm ab eo audita, propalámque vulgata mina
citer queribundus, minis mortem adiecturus, pa
ratum in ſclopo globum plumbeum in Patris pe
ctus exploſit. at diuinâ bonitate ictum prouiden
tiſſi-

iſſimè moderante, à ſcopo tametſi adeò vicino, amen etiam iterum è ſclopo alio iaculatus errauit mpius iaculator, & abiit. Pater verò glandes in xtemporalis beneficij in re adeò præcipitatâ acce-oti monimentum gratus collegit, aſſeruauítque. Tanta verò de P. Ioannis heroicâ virtute opinio aſſim increbuit, vt à quibuſdam narrentur non-ulla, quæ admiratione non carent. Chirurgi exi-ioſum fæminę infirmæ tuber ſecandum pronun-iârant. Verùm P. Ioannis Strophiolum à concio-antis fortè ſudore madidum, neſcio vbi repertũ, & à piâ quapiam fæminâ miſerabili tuberi admo-um ſaluti fuit, vt breuì euanuerit dolor omnis ac uber, adeóque periculum in lætitię abierit argu-mentum. Aliàs collacrymantes parenti iam iam ab apoſtemate ſuffocando, vt Medici nuntiabant, iberos cùm reperiſſet P. Ioannes, illos primùm pe blandâ ſolatus, affectæ parti ſacroſanctum ſalu-is noſtræ ſignum impreſſit, & abiit. Necdum do-mo exceſſerat, cùm luculento Dei beneficio, & ingenti omnium gaudio vlcus fluere, ac æger libe-riorem iam ſpiritum ducere occœpit, & ſequenti die ſe de lecto ſanus eripuit, multâ de P. Riſerio æſtimatione. Paratus erat P. Ioannes ſtudium ſuum, & ingentes animos etiam tranſmarinis Indiæ deſer-tis porrigere: verùm nihil illi prę obedientię Româ accepto nutu fuit antiquius. Antuerpiam vbi re-uerti iuſſus, poſt ſemeſtre veſperi Patri Prouinciali felicem noctem adprecatus pro more, illud addi-dit præter morem; ſi fortè illam poſtremùm pre-

cari liceret. Et verò poſtremùm tunc licuit. Nam eâ nocte apoplexiâ, mox febri correptus, duodecimo pòſt die ſupremùm vixit, effigie viri ad Vltraiectinos, id illis enixè vrgentibus, miſſâ; vt in ha viuam, quam in illo diu ſpectauêre virtutis imaginem fideli eorum, quæ docuerat, memoriâ moribúſque recolerent.

28. Octauo poſt hunc menſe ſubſecutus illum eſt *P. Iſidorus van Hilen* Roterodamenſis 1612. Societati adſcriptus, vir animas iuuandi, & ardua patiendi arte, ac præcipuâ temporis, ne quam bona horæ particulam non benè collocaret, parſimonia inſignis.

29. Bergis S. Winoci *M. Iudocus vander Beeck* Iprenſis à paruulis, quos inſtituebat; Hallis verò 14. Maij *M. Carolus Goffin* Bruxellenſis, & ipſe è Scholis ad immortalia præmia, peracerbâ vterque morte abreptus eſt. Vterque teneritate in DEVM eximiâ pius, ſuique contemptione laudatus. Carolus etiam Indias deſiderio complexus iam adibat, verùm referre pedem vnà cum aliis coëgit inexplorata nobis DEI mens. Publicum Hallis omnium ore illi datum elogium; neminem fuiſſe, qui M. Carolum notauerit legis noſtræ vel minima transgreſſorem.

30 Octo poſt aſcetica S. P. N. Ignatij exercitia piè obita diebus, 26. Octob. die diem etiam felicem obiit Brugis *P. Ioannes de Boye*, Andreæ frater, ab anno 1617. in Societate cum DEO ac hominibus coniunctiſſimè verſatus; amœnitate ac pa-

cis

ſ inter iratos aſſerendæ gratiâ glorioſus.

31. Bimeſtri pòſt ibidem natali in ſolo iam ſe
is ad ſacrificium accingentem apoplexia, & ibi-
m Sacramentis, quibus licuit communitum mors
nfecit *P. Nicolaum Dorpium* ſexagenario Senio-
m, in Societate quadraginta tres, in Miſſione
ollandicâ vndeuiginti annos inter laborioſa pe-
ula, nullis terriculamentis effœminatè percul-
m, ſed vtiliter ſemper impigrum, ac etiam inter
nores, quos in conſtantem virum cadere poſſe
cimus prouerbio, animo non cadentem, quem
rni è Coadiutoribus ſunt ſecuti.

32. Ipris denique vbi cœperat viuere, 15. No-
mb. deſiit *P. Carolus van Hoeck*, Societatem an-
o 1612. ingreſſus, & inſtituendę, quà licuit, Scho-
ſticæ iuuentuti peridoneus ac perattentus. Illud
eo benigniſſimi Conditoris amabile experimen-
m fuit, quòd cùm vltimo vitæ ſeptennio mente
riè perturbatâ quaſdam aberrationes pateretur,
oſtremis duabus ante mortem hebdomadis, tran-
uillæ cuidam malaciæ reſtitutus, ac mentis vſque-
uaque compos, vitam retrò actam omnem plenâ
onfeſſione relegerit, & ſæpiùs poſtea etiam intra
vnum diem ritè expiatus, adhibitis omnibus
ad piè migrandum auxiliis, placi-
dum vitæ finem inue-
nerit.

ANNVÆ PROVINCIÆ FRANCIÆ

M. DC. L.

1. SExcentos,& ſeptuaginta tres h
anno 1650. Socios habuit Fra
ciæ Prouincia, quos inter fuê
Sacerdotes dimidio longè pl
res, quippe trecenti nonagin
duo. Horum ſtudium, præter Scholas, ferè orc
ne tripertito diuiſum ad fidei Catholicæ firm
mentum; deinde ad Sacramenta,& virtutem fid
conſentaneam perſuadendam; denique ad eande
curatè alendam, & prouehendam elaborandár
que pertinuit. Primam ſeriem occupant ad auita
religionem traducti circiter quadraginta. Re
qua breuiter proſequemur.

§. I.

MISSIONES.

PRæclarum enimuerò ſpectaculum fuit, ex vr
co Flexienſi Collegio quadraginta nonnu
quam cæleſtis meſſis operarios, veluti factâ man
prodiiſſe;ac more maiorũ multùm inſignioris op
ræ poſuiſſe, miro curſu, ac progreſſione fœcun
virtutis. quo in genere in caſu parùm lætifico ill
lætabile fuiſſe videri poteſt, quòd cùm Andega
ab

Vrſulinis per aſcetica S. P. Noſtri ad altiorẽ vir-
tem excultis Flexiam reuerterent Patres duo, eo-
m alter ex equo, an cum equo, prolapſus, tibiam
dum ac miſerandum in modum eâ prolapſione
atefecit, atque confregit. Andegauum ergo re-
ces Patres, in hoſpitali Vrſulinarum domo be-
uolentiore quàm explicari ſatis poſſit ſtudio ha-
ti, dum per ſemeſtre alter ſtrenuè foris ageret, al-
r domi fortiter pateretur, & vterque lætè aman-
rque foueretur, in ſolertiâ & patientiâ ſuâ poſſe-
runt animas plurimorum, inter fruges maximas;
uctu in ſanctimoniales primùm, deinde foras
ofluenter cumulato: vt videatur in illo pedis
lnere prouidentiſſimus DEVS ad mandatorum
orum vias, imò & ſemitas incitatiùs decurren-
as, pedes plurium confirmaſſe.

§. II.

QVÆDAM SALVTARIS INDVSTRIÆ ſpecimina.

2. COmmemorabilis, & non laude duntaxat,
verùm & imitatione proſequenda vide-
ur illa in Flexienſi Collegij æde induſtria, quâ ſta-
utis temporibus, ab vno Patrum ad illud munus
ilecto, facilè mille quingenti pauperes Euangeli-
antur, familiari de neceſſariis & vtilibus ad ſalu-
em inſtitutione inſtructi; &, quod etiam ad plu-
es ciendos incitamento eſſe ſolet, ſinguli bonâ
leemoſynæ parte aſperſi, ac gemino vnius operæ
ructu donati.

3. Non poſtrema noſtræ induſtriæ pars fı
etiam DD. Sodalium B. Virginis eò flagrantio
erga calamitoſos charitas, quò maior fuit cal
mitas inopiæ increſcentis. Atque in hoc pio
maximè ingenio vſi ſunt, vt intelligerent ſuper
genum, & pauperem. Fundebatur palatim err
bundum per plateas, domos, ac templa mendic
rum examen: templum compluribus non niſi
ſorum aut ſtipem ſeruiebat, cùm per annos plur
inexpiati, templis omnibus, & tamen nulli Miſ
ſacrificio adfuiſſent, diuinorum incurioſi prorſu
ducto ſeu à fame, ſeu ab impiâ omnia præ ſtom
cho negligendi conſuetudine argumento ad faſt
dium, & omnem negligentiam diuinorum. Hoſ
ſelectiſſima quæque è Rhedonenſi Maiorum Sod
litio capita in vnum locum piâ induſtriâ collegêr
in quo tum ad pietatem religiosè, tum ad comp
randa variis artibus vitæ neceſſaria per otij fuga
vtiliter inſtituuntur, magno etiam vrbicæ diſcip
næ honeſtamento; dum otioſa & ſqualida turb
publico arcetur, & domi prouidè occupatur; tu
verò maiore commodo animarum, ne perpetu
inertes otio, in fame & ſiti, in frigore & nudita
ſeruiant Deo ventri.

§. III.

CÆLITVM, HOMINVMQVE fauores.

4. ADſciſcendæ SS. Ignatij & Xauerij tutel
inui-

nuitamenta nobis plura ſuborta ſunt. Eorum in cenſu clientum ſunt ij, qui ſe ſanctis Ignatij Patris Noſtri lucubrationibus ad vitam eximiis ſanctimoniæ notis inſignem inſigniter exercuêre Fuêre ij ferè quinque ac viginti, vt Salmurienſes, Flexienſes, Balgienſes, aliáſque Sanctimonialium familias taceamus, quæ fructu tantò ſuauiore hiſce ſe occupant, quò magis tenerum afferunt animum ad cæleſtes ſatus accipiendos, ac pectore confouendos. Multi præter hos noſtrorum Cælitum ſe clientelæ addidêre, his deprecatoribus incolumitatem ſe adeptos lætè gratéque confeſſi Rothomagi fæmina peſte icta cùm iam viribus exhauſta in mortem propinquam deficeret, voti ad S. P. Ignatium facti ſponſione virus diſcuſſit: vt vſitata parturientium auxilia prætermittam.

5. Pariſiis matrona nobilis, cùm in acerbiſſimis cruris doloribus à Medicorum ingenio iam omnia deſperaret, ipſo S. Franciſci Xauerij feſto die in Sacello noſtro, ſacro ad Sancti aram celebrato adfuit: quo tempore ſic omnis confeſtim dolor abſceſſit, vt digitum DEI, deprecatore Xauerio, iſtic fuiſſe hoc etiam anno confeſſa, apud P. Collegij Rectorem & peccata, & piam grati animi teſtificationem depoſuerit.

6. In Nouitiatu Pariſienſi è Noſtris quidam implorata S. P. Ignatij, & Xauerij, cuius tum feſtum agebatur, operâ, & admotis ſanctæ Crucis reliquiis à magnâ ſe aurium moleſtiâ leuatum ſenſit: alter Turnonibus, item Noſter, S. P. Ignatij die, ac

eiuſdem ope, à ſurditatis incommodo integrè per
ſanatus.

7. Huc facit, quòd in Collegio ac Tirocini
Rothomagenſi, implorato Numine, præſens eiu
auxilium experti ſunt Noſtri. Nam lue per vrben
longè latéque graſſatâ cùm plura ciuium millia il
lâ mortis calamitate inuoluta & proſtrata iace
rent, adeóque vel nos adiret mors viciniâ lue cor
reptâ, vel nos certum eiuſdem diſcrimen in ſcho
lis aliquorum contagione infectis, & in ſacris
templi tribunalibus adiremus, integra tamen o
mnibus vita & valetudo conſtiterit.

8. Rothomagenſium tironum egeſtas, cùn
ſibi planè ad incitas redacta videretur, pro penua
ria cella habuit prouidentiam DEI, quando ſeme
ac iterum, idque tunc maxime vrgente inopiâ
ab ignotis hominibus, ipſorum verba recito, *eleemo-
ſynæ magnâ liberalitate bis erogatæ ſunt.* Bleſenſi Col
legio, vt in eâ, quâ valdè premebatur, inopiâ nihi
tamen ferè defuerit, Noſtri, in Sereniſſimi Duci
Aurelianenſis non vulgari liberalitate, ſingular
diuini amoris & prouidens exemplum agnoſcunt

9. Atque vt Regios etiam fauores, Rothoma-
genſium literis enarremus, ita habent: Regis ac
hanc vrbem Rothomagenſem aduentus nobis ad-
modum glorioſus fuit; indéque cognitum eſt et-
iam in vulgus, quàm noſtra Societas toti Regiæ
familiæ accepta eſſet. Neque enim comiter modò
benignéque excepti ſunt, qui totius Domûs ſtudia
& obſequia detulêre in aulam; verùm etiam Rex,
&

Regina non ſemel ac Procerum melior pars, do-
ni noſtræ nos reſalutare dignati ſunt, magnâ o-
nes cum amoris ſignificatione; Regina impri-
nis, quę perhonorificè vbiq; de nobis loquebatur.
Turonenſes idem experti, vbi Rex cùm è templo
n Collegium deduceretur, vbi ab alumnis ali-
quot vario carminum genere eſt ſalutatus, aſſum-
tis ſecum paucis aulicis, corporis cuſtodes ingre-
i prohibuit, quo ſe non minùs Societatis fide &
more, quàm numeroſo ſatellitio tutum, ac ſecu-
um oſtenderet.

§. IV.

EORVM SYLLABVS, QVI HOC ANno iſtic diem obiêre.

10. FLexiæ præter alios Coadiutores alibi extinctos, obiit *Martinus du Mont* Coadiutor, 18. Martij incredibilis in vlceribus cum ſilentio tolerandis, quæ mors primùm detexit, patientiæ vir, ad omnia promptus animi, & cumprimis vtilis Collegio, inſigni etiam orandi, & egentium inopiam ſubleuandi ſtudio & induſtriâ commendatus.

11. Pontiſaræ Prid. Kal. April. *P. Petrus Ionche* anno ætat. 40. Societatis initæ 14. quem in ſacro Pœnitentiæ tribunali, perpetuâ virtutis ac operæ ſuæ palęſtrâ, hauſtus morbus breui morte abſumpſit.

Blæſis 5. Maij *P. Ioannes de Corlieu* ætatis 67.

Societatis 44 vir zelo cæleſti ac induſtriâ laborio
ſis Miſſionibus exercitâ, & poſt amiſſam quoqu
oculorum lucem, quantum licuit, non dimiſſâ præ
ſtans, & animi ſerenus, etiam in tenebris oculo
rum.

12. Sextus fuit *Ioſephus de Ruffec* Scholaſticu
14. Maij, ætatis anno tertio & viceſimo, quorun
tres poſtremos in Societate egit, ereptus. Etiam
num in ſeculo carni afflictandæ affatim deditus; &
prȩter zonam ferream, quâ cingebatur, flagelli
in ſe animaduertere à famulitio deprehenſus. Plu
ribus ante mortem diebus dixit, quonam die ſu
premùm eſſet victurus. ita in domo paterna (quo
valetudinis leuamentum ab aurâ patriâ quȩſiturus
cum alio quodam de Societate miſſus fuerat) ob
iit mortem religioſiſſimè expectatam.

13. *P. Carolus Drovyn* Ambiani anno æt. 57
Soc 38. 19. Iunij in ſcholis ac templis docendo ac
dicendo, ſéque ſanis, ægris, domi & foris impen-
dendo, ac ſuperimpendendo laudatè verſatus.
P. Steph. Chappuy tria vota profeſſus, Niuerni 6. Iu-
lij humanis exemptus, annos natus 67 in Soc. 48.
erga diuinæ Matris cultum, eiúſque clientes amo-
re præcipuo inclinatus: ad Sodalitates regendas
toto genio aptus natus, adeò vt nunquam illum vi-
dere fuerit ſuauiore gaudio redundantem, quàm ſi
quem videret Sodalium numero acceſſiſſe, & quaſi
ſub alas Virginis conuolaſſe.

14. Rothomagi 17. Societatis, 44. vitæ anno
P. Petrus Arnoul, qui ſcholas acri ingenio, dome-
ſti-

ſticos & externos maturæ virtutis exemplo, ſeipſum afflictatione peracerbâ, & oratione ſuauiſſimâ impensè excoluit; illud ab iis, qui virum intimè pernôrant, elogium commeritus, quòd P. Petro è primis tirocinij caloribus nihil penitus deceſſerit, indies verò perſanè multùm acceſſerit.

15. *Yuo Hernouet* Scholaſticus, Venetenſis, Venetiis 31. Aug. anno æt. 34. Soc. 17. Huic ſtudia in Societate omnia cum laude emenſo, cùm per morbos agere nil liceret, datum eſt pati, illo vno è potiſſimis diuinæ erga illum beneficentiæ argumento, quòd ad interceptum diu mentis vſum redierit, eóque ad vitæ religioſâ morte finiendæ apparatum pretiosè ſit vſus.

16. *Claudius Authucil* Venetenſis, Scholaſticus, anno æt. 24. Soc. 8. ingenuâ, & iam inde à teneris placidâ ſemper virtute, magnis animi dotibus, eximiâ eruditione, caſtiſſimâ in Angelum Cuſtodem religione ſingularis: cuius etiam die (is erat 11. Octob.) Augi celebrari conſueto, ibidem humanis exemptus eſt. obediendi religioni multò impenſiſſimè addictus, vt & DEI voluntatem in humanâ peraccuratè veſtigaret, & identidem diceret, malle ſe de vita quàm ex obedientiæ ſancto ductu vel tantillum diſcedere.

17. *P. Antonius Paran* Biturigibus Coadiutor ſpiritualis formatus, vixit annos 68. in Societate 45. inſigni, quâ eximiè pollebat, muſicæ peritiâ religiosè vſus. vir, in cuius liberali ſpecie ac morum gratiâ ſpectatu digna religio, & mitis quidam atque

ad

ad inferendam iniuriam innocens, ad ferendam verò tranquillè conſtans animus emicabat.

18. *Renatus Boyſart* Flexiæ, Scholaſticus anno vitæ 58. Societatis 38. huius, poſt exactum Nouitiatûs biennium lucerna mentis extincta, vel diu ſopita, ſupremis vitæ annis intermicantis luminis aliquid oſtendebat. quo ille lumine, quà poterat, ad legendos pios libellos, & ad precandum vſus, ad Sacramenta etiam accipienda idoneus iudicatus, actis DEO, & Societati pro paterno ac materno ſinu gratiis, feliciorem vitam ingreſſus eſt.

19. *P. Amabilis Couchart* Coadiutor ſpiritualis formatus. in Pariſienſem tironum Domum beneficus, Ambiani 25. Nouemb. dum quintum & quinquageſimum vitæ, in Societate verò 30. annum ageret, promptâ ſemper ſolertis animi impigritate in pulcherrimo animarum quæſtu ardenter ſatagens, acutâ febri ac morte occupatus eſt, ſuſceptis non vulgari animi ſenſu Sacramentis.

20. Iam verò vndeuiceſimâ Decembris die *P. Iacobus de la Valliere* Gallus, nobiliſſimorum natalium, ingenij, ac virtutis ad ſumma ſemper experrectæ vir, in eâ quæ inſulæ S. Chriſtophori vicina eſt meridionalis Americæ inſulâ felicem occaſum inuênit. Nam cùm iſtic perniciali peſtilentiæ ardore tam Galli quàm indigenæ deflagrarent, ille in eo quod Immaculatæ Conceptioni Virginis Deiparæ poſuerat ſacello effusè precatus, tantillum vitæ ſibi addi petiit, quantum ad expiandos ibi domeſticos exteróſque ſufficeret, id quod vſ-

que

que ad prodigam ſui liberalitatem vbi feciſſet, ſé-
que citra vllum imminentis vſquequaque mortis
metum viuorum animis corporibúſque curandis
impendiſſet, mortuorum verò plura ſuis humeris
ſepulchro cadauera intuliſſet, benè de ſanis, ægris,
mortuíſque commeritus, præclaram, innocentem,
ſemper quietam, & maiorum ac plurium ærumna-
rum auidam animam in ipsâ pretioſi laboris con-
tentione reliquit.

21. Ad extremum Aleppi in Syriaca Miſſio-
ne 22. Decembris non ſine opinione ſanctitatis de-
ceſſit *P. Paulus Guilielmus Godet* ex hac Prouincia
expeditioni illi deſtinatus circa annũ 1643. poſtea-
quam anno 1635. Societati per quatuor votorum
profeſſionem ſe obſtrinxiſſet. Morbi longioris, &
mortis anſam illi dediſſe viſus eſt zelus domus DEI;
quo tunc demum præquàm aliàs flagrantiſſimè ſe
vrgeri ſentiebat, cùm viſo infamis è Sanctiſſimo
Seraphici Franciſci Ordine proditoris transfugio
mirum in modum exarſit, & à DEO petiit gratiam,
quâ tectus, poſſet offenſam ab illo transfuga diui-
nam Maieſtatem tot ac tantis obſequiis honorare,
quantum eandem conſceleratus ille offenderat.
Haud ita multò pòſt morbo correptus, cùm ſe
morti vicinum aduerteret, cuidam è Noſtris dixit,
ſe vbi glorioſa *P. Iacobi Salez* ab hæreticis truci-
dati decora legiſſet, ab eo tempore quotidie DEO
fuiſſe ſupplicem pro charitatis ac zeli cæleſtis do-
no, quibus immori, & Iacobi exemplum imitatio-
ne qualiquali poſſet honorare. Multas ſe in medio
na-

nationis prauæ dilectas DEO animas, miro DEI Numine conſeruatas reperiſſe : magno ſibi ſolatio fuiſſe, quòd Catholicis adeſſe potuerit, qui Paſtorum loco rapaces habebant lupos. Quarto abhinc anno ſacroſanctæ terræ loca piè inuiſerat. ab eo tempore ait ſe ab impreſſis IESV veſtigiis hoc hauſiſſe, quòd nullam ſibi vacuam præterlabi hebdomadem ſiuerit DEVS, quin tres vt minimùm animæ ſe Catholicis ſacris addixerint. Præclara & heroicis illis Eccleſię temporibus vicina ſunt, quæ zelo ſuo patientiáque perfecit. Græcorum Patriarcham ab Aleppano Antiſtite iampridem grauibus controuerſiis diſſidentem, amicitiæ reſtituit. Pueros congregatione inſtitutâ cæleſtibus diſciplinis imbuit; & illâ occaſione non paucas peccatorum anſas auertit. Palmares fuêre planè Schiſmaticorum, Græcorum, Aſſyriorum, Armenorum conuerſiones. Nec tacendus nominatim Iacobitarum Aleppenſium per annos quinquaginta Epiſcopus, Catholico cœtui perſanctè adiunctus, Aleppi anno proximè præterlapſo vitâ functus, centum ac decem annorum ſenex.

ANNVÆ

NNVÆ PROVINCIÆ GALLO-BELGICÆ M. DC. L.

Allo-Belgica Societatis IESV Prouincia hoc anno 1650. Noſtros 583. Patres 349. numeuit.

§. I.

DE IIS QVI AD FIDEM CATHOLICAM redierunt.

EOrum, qui Catholicæ veritati ſunt reſtituti, vniuerſi fuerunt 78. E quibus Leodij vndecim, quorum duo geminam in vno DEI beneficio gratiam retulêre. Alter dæoni eâ ſe lege obſtrinxerat, vt certam quotidie ecuniæ ſummam à dæmone, velut ærarij Præfeo, numeratò acciperet, atque pleno annorum uindecim interfluentium interiectu euoluto, tons dæmonis ex aſſe cederet poteſtati Non lonius tamen eius fallaciloquentiæ pretium tulit pator dæmon, quàm res ad Noſtrum quendam neio quà peruênit. qui accerſitum ad ſe hominem b extimeſcendo facinoroſiſſimæ pactionis nexu, æresíque, ita reddidit alienum, vt exterritus, vtriue nuntium ſanctè fortitérque ac extemplò remi-

ſe-

ſerit; ſecúmque Sodalem eiuſdem pacti, periculi
hæreſiſque conſortem, ad Patrem, ad pactum a
hæreſim deſerendam adduxerit.

§. II.

DE POENITENTIÆ SACRAMENTO

2. INter 1942. qui factâ omnium confeſſion culparum ſaniora conſilia induêre, fuit Namurcenſis ille, qui à DEO per infernum ſatell tem ad meliora videtur fuiſſe compulſus. Is nox cuiuſpiam grauioris conſcientiâ oneratus licèt, cùm nimiùm ſibi præfidente audaciâ confeſſionem procraſtinaret, increſcentibus tenebris ad concla ue ſuum redux, horriferum iſtic dæmonem ſub te terrimæ capræ aut hirci laruâ olidâ horridè mina cem inuênit. cuius aſpectu cum arcani ſceleris con ſcientiâ conſpirante cõterritus, IESVM & MARIA inclamauit, conceptóque animi per exomologe ſim plenam emendandi voto, monſtro abſiſtente à ſuis inter inconditas voces ac pauorem repertus poſtridiè infelix illud inferni hirci inuitamentum quod conſcientiâ tegebat, vnà cum reliquâ totiu vitæ ſerie apud Noſtrum recenſuit, atque ſubmo uit.

§. III.

DE BEATISSIMA DEIPARA.

3. ARmenteriæ inter alios explicatæ latiù MARIAnæ pietatis ſucceſſus, illa ſeu in

ducta

ucta ſeu firmata per familias conſuetudo magni
ntereſſe eſt viſa, quòd ad reuocandum ſæpiùs in
nentem vitæ occaſum, eúmque quotidianis præſi-
iis inſtruendum Litaniæ Lauretanæ domi per fa-
nilias vnà recitentur. Ad hæc iuniores ciues Ar-
nenteriani Sodalitatis Virginis Purificatæ, cor ex
rgento puro confectum puriſſimæ Virgini pro
btinenda perfecta puritate mentis & corporis
btulère.

4. Argenteam ſupellectilem centum aureis
æſtimatam in effusâ, quâ imminentem hoſtem eua-
lere contendebat, fugâ in agris deperditam, is qui
perdiderat hortatore Noſtro Auxiliatrici, quæ in
Bethunienſi noſtro templo colitur, Virgini com-
mendauit, eo euentu, vt ad eum ipſum, qui iactu-
ram illam fecerat, confracti illius argenti venalis
particula ſit allata; è qua ille facilè in reliquæ ſu-
pellectilis cognitionem, vbi lateret, deuênit, & à
ruſtico, penes quem reperta ſunt pleraque, ſua re-
cepit, ac Virginis noſtræ beneficio vt gratus eſſet,
gratias DEO fecit per ſacrificium Euchariſticum de-
cantari.

5. Eiuſdem Bethunienſis Auxiliatricis nomen
fecit illuſtrius fæmina, illius ope repentinò à ſan-
guinis profluuio perſanata.

6 Montibus intentâ curâ in eandem ergà
Deiparæ cultum religionem perſonant pulpita ſa-
crorum Oratorum, id quanto maximo poſſunt di-
cendi pondere inculcantium. Illis concionibus au-
ditis conceptam referunt piam illam fiduciam,

quæ puero per dies 14. alimento fuit & vitæ, i
quod lubet eius Patris verbis, qui rem ab ipſo ha
bet, quocum geſta eſt, enarrare. Ægidius d' Anne
rie annum 14. agens è pago Dou demiſſus in an
thraciſodinas 13. Februarij, cùm pro Domini im
perio in loca ſubterranea penetrare pergeret cur
ſocio, repentè labe ingenti terræ ſaxorúmque ſi
eſt interceptus, vt in anguſtiis, nec niſi incuru
corpore longè ab egreſſu arctaretur, & arceretu
Socius, cùm tentaret per illam congeriem euade
re, nouâ mole decidente oppreſſus interiit. Hic ve
rò in ergaſtulo ſic ſe continuit, vt cùm fame ſib
moriendum putaret, Virginis Hallenſis auditan
aliàs opem ex animo cœperit inclamare. Totun
famis ac ſitis ſolatium fuit fœtida quædam aqua
cuius potæ vi mirantur incolæ illum non fuiſſe ex
tinctum. Somnum fames, frigus, & venti inter
rumpebant. Ita traductis diebus 13. quartodeci
mo demum die conſilium in loco iniêre magiſtr
operarum, oppleréntne foſſam ruderibus vt ob
noxiam periculis, an diutiùs operam illi impende
rent. Viſum eſt alibi vtiliùs tutiúſque nouam fo-
dinam aperire. Quo audito vnus è fidentioribu
voluit in foſſam demitti, quaſi lucrum facturus
fulcris, aliáque materiâ rudiori. Quod dum face-
ret, nomine illum proprio appellauit Ægidius, li-
cèt magnâ ruderum mole interpoſitâ ſemotus vi
vocem poſſet percipere. Hic voce humanâ per-
territus, & lemures ſuſpicatus, eueſtigiò è foſſâ e-
duci impetrauit. Foris à ſociis riſu exceptus, ite-
rum

im cum alio in fodinam deſcendit, & obices amo-
tus, repertum in ſcrobe Ægidium ſecum eduxit.
iem tertio poſtea die is, qui hæc narrauit, Pater
onuenit ſaluum, & incolumem, atque iſta nar-
ntem.

§. IV.

DE S. IOSEPHO.

7. I I ſulis magni huius cæleſtíſque ſponſi glo-
ria cumulatè increbreſcit. Duodeuiceſi-
o die Martij magno apparatæ celebritatis ſplen-
ore à ſcholaſtica iuuentute in templum inducta,
aræ impoſita eſt S. Ioſephi ex argento ſtatua pe-
s quatuor & ampliùs alta liberali piorum pieta-
mille quingentorum florenorum pretio compa-
ta. Ea res, & vtilis atque cordata de Sancto pa-
gyris, & alia ciendæ pietati peridonea perſanè
ultùm valuit, cùm ad omnem populum, ſcholas
bicas, ætatémque omnem aduocandam, tum ad
flammandam præcipuam quandam & orbi ter-
rum longè vtiliſſimam, Deóque ac Deiparæ Io-
phi Sponſæ auguſtæ gratiſſimam confertim af-
uentium pietatem. Eſt, qui cantato Sacro procu-
rato ſit conteſtatus, eius ſe ope, luculentum
in Belgico in Hiſpaniam per mare itinere,
naufragium euaſiſ-
ſe.

§. V.

DE SANCTIS VARIA.

8. AVdomari excitata SS. Martyrum Dizc & Receſſi ſolennitas valuit ad integra dum eorum cultum, qui bello refrixerat. Erecti magnificus qui templi fornicem attingeret obel ſcus vario ingenio enituit. Tantus fuit non popi li tantùm, ſed Optimatum quoque Sacerdotúr que affluentium numerus, quantus communi mnium ore ac ſenſu abhinc annis viginti viſus nc fuit.

9. Niuellenſes S. Creſcentij Martyris corp religioſâ magnificentiâ circumtulêre, atque in a maxima collocauêre. Pars pompæ facti ſunt n ciues tantùm, ſed & pagi longè ac latè fusâ mul plici rei famâ exciti. Currus quo vehebatur triu phantis in modum ab Vrbe in partes varias diſt butâ, ſplendidè armatâ, tubis, ære campano, magno cambrarum, quas vocant, exploſarum ſt pitu, amœnâ hortorum & corollariorum viridit te ac varietate vicatim ſpectabili, acceptus eſt. Pr ter architectonicen, quâ triumphalium curruu elegantiam, gradus, gloriam, Solem, Lunam, ſt las, imagines, genios, tubas, virtutes, de vitiis t umphos, emblemata præferebat, ſummâ ope in lum quantâ maximâ potuit concinnitate orna dum conniſa eſt omnis Collegij Virginum à Lil dictarum induſtria; hac circùm Chronograpl câ inſcriptione appenſâ:

LVX

VX præCLara faVe: ſanCtVs CreſCentIVs VrbeM

Intrat: & IntrantI tota nIVeLLa faVet.

eſpertinæ pyræ gloria, & ingenio, & mole, & vao, ac ſcenico ingentis incendij, atque laternæ oogonæ 12. pedes altæ, ſex latæ apparatu oculos iirificè impleuit, vrbem recreauit, ſancti gloriam luſtrauit, celebritatem clauſit; cuius tamen piets in octauum vſque diem ſe ſe magnâ populi regione frequentiáque porrexit.

10. S. noſter Martyr Creſcentius Niuellis uidam brachij hactenus longo ſtupore inutilis vm reſtituit. Fratris cuiuſdam ibidem herniam onnes artis induſtrias doloris exulcerati acerbita, diritate, diuturnitate ſupergreſſam, altero noendialis cultûs ab ægro ſibi promiſſi die, increſentibus repentè ſupra modum doloribus, iiſémque repentinò extinctis, depulit, & nullum œdi mali veſtigium reliquit.

11. Luxemburgi puella citra vllam quietis nterpoſitionem perpetuo capitis cruciatu acerbè exata, ſimulátque ſanctos Martyres noſtros Terullinum, & Chryſanthum appellauit, ſanata eſt.

§. VI.

DE S. P. IGNATIO, XAVERIO, Anchieta.

12. VT conſueta de Ignatio taceamus in iis, in quibus crebritas minuit æſtimationem,

nem, Armenterienſis mulier hactenus nō niſi mor-
tuæ prolis mater, quartum demum fœtum hoc an-
no viuum exixa eſt; gauiſa, ſe Sancti ſui ope pro-
lem ſuam viuam vidiſſe. quare minori ſibi dolori
duxit, cùm eandem à ſacro lauacro extinctam vi-
dit, læta quòd innocens breuem diem claudere
victura in cælo.

13. Apud Audomarenſes illuſtre eſt id, quod
puella memorat S Franciſci viuendi normam inter
ſanctimoniales amplexa. Hanc proci adoleſcenti
blandicias illecebroſâ ſpecie mentitus dæmon
omnibus obſcœnitatis illiciis ad laſciuiam inuita-
bat, fortiſſiméque ſemper contradicentem, ac to-
to animo & corpore incorruptè illibatam, flagri
dirè accipiebat, vt vel ſic indomitum in virgin
carne ad ſuas illecebras animum in poteſtatem co-
geret. Deliberatum de illâ è ſacro illo contuber-
nio exturbandâ, ne quid ab illa terroris in alias
manaret, aut etiam fortè periculi. At digna viſ
eſt illa virtus tam palmaribus victoriis nobilitata
vt ad religioſum Sacramentum admiſſa retinere-
tur, hoſte fortaſſe in Deo authoratam vetera non
auſuro. Verùm etiam poſtea in annos plures auſu
eſt & ille oppugnare, & illa vincere, dum è noſtro
Collegio conſultus quiſpiam, heroinæ illi, non
vincendo quidem, ſed fœdis imaginibus feſſæ, au-
thor fuit, vt Ignatio ſe in tutelam addiceret. id quod
illa vbi geſtatis Ignatianis lipſanis, eiuſdémque
imaginibus vſquequaque affixis, luculenter fecit;
abſtitit confeſtim, neq; à ſemeſtri iam rediit ima-
gi-

inoſa illa & ſalax laruæ procacis effigies, & illam
gnatij patrocinio tectam reliquit vtroque ex ca-
ite triumphantem, tum quòd ſemper viciſſet, tum
uòd poſt victorias in illâ pugnâ quod vinceret
on haberet.

14. Ibi à virgine, Leodij ab adoleſcente tetrũ
ſum genium profligauit Ignatius. Hunc ante an-
os complures ex vnico formidabilis illius mõſtri
pectu externatum tantus pauor inuaſerat, vt de
entis vſu deiectum, & dirâ corporis agitatione
uaſſatum vix viri etiam fortiſſimi poſſent in offi-
o continere, adeò illos fatigabat ipſe vix quarto-
ecimo ætatis anno maior. Multis nequicquam re-
ediis variè tentata, ſeu præſentis adhuc atri genij,
u terroris ab illo ſemel conſpecto permanentis
epulſio. Sed illam gloriam ſpirituum Dominus
natio depulſori ſeruauit. Etenim poſteaquam a-
oleſcentulus Ignatiano ſacræ aquæ aſperſu expia-
is, ad eiuſdem imaginem matutinus ac veſperti-
us orator, piè opem illius implorare aggreſſus
t, alleuationem, ac intra dies paucos plenam in-
olumitatem eſt conſecutus.

DE S. P. XAVERIO.

15. TOrnaci mulier magnâ in tenui fortuna
patientiæ laude inſignis, acerbiſſimæ
æ orbitati, amiſſis per manifeſtum maleficium
er magnos cruciatus liberis non ſine cruciatu ſu-
erſtes, cùm idem, quod liberos è vita exturbâ-

rat, virus ad ſe tranſiiſſe inter dolores aduerteret accepto ſanctorum Ignatij Xaueriíque numiſmate, ac vtriuſque nomine ſuppliciter inclamato præſentiſſimum à depulſo ſtatim dolore omni al leuamentum ſenſit.

16. Luxemburgi ciui membrorum omniun vſu iam à biennio, eóque ampliùs deſtituto, die fe ſtum S. Xauerij antegreſſo, neſcio quis bonæ ſpe radius coortus eſt. Orauit ergo ardenter, vt Xaue rij tanti miraculorum effectoris patrocinio ſibi, Deo alterius vt minimùm brachij & manûs vſum quò manum ori admouere poſſet, impetrare lice ret. Ita illo die, ita poſtridie ſperanti & intentiù ſupplicanti, brachij ac manûs vſus eſt, ita vt ſpera uerat, reſtitutus.

DE P. IOSEPHO ANCHIETA.

17. MOntibus paſſim ſæuiente malignæ fe bris intemperie honeſta imprimis ma trona teſtata eſt, ſe quoque illâ febri & implicabil capitis dolore ſupra conſuetorum remediorum vim in ambiguo hæſiſſe. tum ſibi ea, quæ de P. Io ſephi Anchietæ vitâ mirabili legi audierat memo riam ſubiiſſe. Mox in ſpem alleuatam, ad illum v propitius malo illi propulſando adeſſe vellet, vot vertiſſe, atque à febri poſt breuem moram, à ca pitis verò dolore ſine vllius moræ in teriectu, liberam euaſiſ ſe.

§. VII.

§. VII.
DE VARIIS.

18. NEc illud eſt omittendum, quo adiuti ſumus, vt aliis opitulandi facultas nobis, ꝛ per hanc ad animos DEO deuinciendos via mo-úſque ſuppeteret. Bethuniæ afflictis lautioris o-im fortunæ familiis (quarum iſtic permultæ ſunt) ecreta largitione prouiſum, diuinæ benignitatis li-eralitate votis noſtris ita obſecundante, vt quod llis daremus, in ſingulas hebdomadas haberemus. uius rei fama tacitè nec ſine ſuaui quadam boni ominis fragrantiâ increbreſcens, locupletem quendam externum tam feliciter afflauit, vt nomi-e ſuo piâ diſſimulatione contecto, Noſtris elee-moſynam in duodecim tales familias diſpertien-dam ſuppeditârit; quò ſicut accipientium nomen latebat per verecundiam, ita ſuum per modeſtiam lateret.

19. Cæterùm hoc anno numerauimus ſacris Ignatij commentationibus excultos 57. Variis cœnobiis, è ſcholis aut ſacris noſtris tribunalibus, tranſcriptos ex vtroque ſexu 69. Eos quibus in ſupremo agone adſtitimus 229. Diuinæ apud nos Euchariſtiæ Sacramento refectos 429030.

§. VIII.
DE IIS, QVI VLTIMVM DIEM obiêre.

20. ATHenſibus, 4. Iulij ereptus eſt *P. Gaugericus Polchet* in finibus Hannoniæ Chi-

maci anno 1587. natus, in Societatem anno 1613
ac in illa in ſpiritualium Coadiutorum cenſum co.
optatus, & communi elogio virtutibus, quæ in re
ligioſo optari poſſunt, omnibus perpolitus. Ma
gnus in Catechiſmi labore, arte, ſucceſſu, quo in
munere iſtic annis facilè viginti diligenter, & cum
ſingulari Societatis exiſtimatione, atque illius in.
ſtitutionis celebritate verſatus eſt, iuſtis eâ de re
nec paucis voluminibus pro luculenta eius officij
panoplia exaratis. Si illo fortè abſente aliquid in
illa doctrina intercederet raritatis, vnico reducis
Gaugerici audito nomine implebatur. Externos il
lius mors lacrymis coopertos, Noſtros verò ſuauiſ-
ſimâ exaggerati ad omnem virtutis ſuauitatem ex.
empli recordatione defixos reliquit.

21. E Collegij Audomarenſis numero ſubla-
tus eſt 24. Februarij *P. Ioannes Petri* duodeſexa-
genarius, in Societate 4. vota, Philoſophiam 7. an-
nis Duaci moralem Theologiam Audomari ſexen-
nio profeſſus cum laude non vulgari. vir ingenij &
animi magni, atque paterni, id quod Luxembur-
genſes ac Athenſes, quibus Rector præfuit, abundè
ſunt experti. Quàm ſuaui & magno præfuit, tam
demiſſo & reuerentiæ pleno animo ſubeſſe doctus,
virtutes reliquas longiore morbo proſtratus præ-
clarâ inuictæ patientiæ fortitudine cumulauit.

22. Cameracenſes de ſuis tres formatos in
ſpiritualibus Coadiutores deſiderauêre. Primus
fuit *P. Ludouicus Vanhoue* Inſulenſis; alter *P. Edu-
ardus Gallot* Atrebas; vterque concionali ardore
di-

iligentiáque laudatus : tertius demum ad ſacras
peras nauus *P. Autbertus Deſmaretz* Cameras
oſtquam viuendo ſextum & ſexageſimum, in So-
ietate quartum & quadrageſimum annum atti-
iſſet, ſemper ſanus, vnicâ eáque extremâ inuale-
idine ſublatus eſt.

23. Duaci 30. die Maij ad meliorem vitam
uocatus eſt *P. Gislenus le Francois* ab annis 50. in
ocietate per omnia ſedulus atque accuratus, ab
nno 1616. quatuor vota profeſſus, ab annis 26.
erum ſpiritualium Præfectus. Inſulis autem 8. Iu-
j *P. Petrus Taffin* Audomarenſis, 52. ætatis, 32.
ocietatis, 15. Profeſſionis anno apoplexiâ quaſſa-
us, febri extinctus.

24. Leodij menſe Ianuario multâ virtute lo-
uples, conſummatus in breui expleuit tempora
multa *M. Nicolaus Preuoſt*, Societatis aditæ anno
exto. Tranſmarinæ ad Indos expeditioni dignis
llâ ſpartâ virtutibus animum excolebat, corpus
urabat. ſed morte abreptus portum tenuit melio-
em. Ibidem in Auguſto *P. Antonius Bomon* 4. vota
rofeſſus in Spadanis aquis medicinæ loco acerbos
olores, & mortem plurimâ tolerantiæ laude com-
endatam inter inclamata IESV & MARIÆ ſacra
omina inuênit. Poſt Philoſophiam ac Theologiæ
moralis diſciplinas traditas, Montibus Rector præ-
uit, cum eximiâ eorum, quæ ab altiore Societatis
magiſtratu præſcribebantur, exquiſitè obſeruan-
lorum accuratione, vt ſubeſſe non dediſceret,
ùm præeſſet.

25. Mon-

25. Montibus 16. Auguſti *P. Stephanus Adai* Montenſis ab anno 1621. quatuor vota profeſſu in quo præcipuus tranquillæ ſemper ac dignæ ſpir tualium rerum Præfecto mentis candor eluxit.

26. Namurci tres morte amiſſi. *P. Ioannes* *Veneur* ſpiritualis Coadiutor; cui muneri egregi cum virtute in Societate per annos plus quàm tri ginta incubuit. Secuti hunc Profeſſi duo *P. Ioannes de Monceau* Hanutenſis, vir annis 82. & meriti ſexagenariæ vocationis illuſtris. Nihil cibi aut pc tionis non aliis ordinariæ ſibi apponi vnquam e paſſus, ætatis obtentu; neque ſenio niſi ad exem plum vſus in exquiſitâ legum ac diſciplinæ religio ne implendâ. Mirabili & quaſi æternæ beatitudi nis ſecurâ in pace mortem tranquillè opperiri, a ſubire viſus. Tertius mortuorum fuit *P. Paulu* *Broide* Arienſis, vir in Catechiſmis, Concionibus Pœnitentiæ Sacramento, inſtar boni ac potenti fermenti quaquauerſum ſe funderet verbo ac ex emplo potens.

27. Tornaci hoc anno mors meſſem non par uam inuenit quatuor morte ſublatis. 19. Ianuari *P. Ægidius Praalie* Huenſis, & 16. Dec. *P. Iacobu* *Damianus* Atrebas, vterque ſeſquianno quinqua genario ſenior: vterque quatuor vota profeſſus. His verò ſenior, vtpote ſeptuagenario maior, na turâ ferè vltrò deficiente elanguit *P. Philippus Goſ uinus* Profeſſus, olim Audomari Rector, ac Patrum tertianorum regendorum, rerúmque ſpiritualium ſcientiâ præſtans, Hoc, ferè biennio trienniòue

iunior

unior *P. Iacobus Cambier* ſpiritualis Coadiutor formatus, vir cum DEO Superioribúſque coniunctus, in Octobri acrioribus trimeſtris herniæ doloribus ac febris acceſſione conſumptus.

28. Ibidem in tironum Domo, in qua 25. annos egerat, viuere 11. Iulij deſiit *P. Iacobus Roger* Tornacenſis, à 29. annis 4. vota profeſſus, omnibus & omnium amantiſſimus: & præter hunc Coadiutor vnus: Malbodij verò, ac Montibus tres.

ANNVÆ PROVINCIÆ GERMANIÆ SVPERIORIS.

M. DC. L.

IN viginti & vno Collegiis, & duabus Probationis Domibus, ac aliis domiciliis, miſſionibúſque tredecim, numerauit hoc anno 1650, hæc Prouincia vniuerſim capita Sociorum 637. *quorum pars maior*, id eſt, 333. ſunt Sacerdotes.

§. I.

NOTABILIS QVORVNDAM AD fidem conuerſio.

1. AVguſtæ mulier Lutherana dum conſpe-

cto

ĉto fortè DEIparæ ſacello introrſùs pergeret, vi ſedentem in ſinu Matris Virginis paruulum vidit in imagine, mox illi ſcintilla ſuauior erga diuina cœpit in corde gliſcere. Quocirca iniectam ſibi de donandâ ornandę imagini pallâ holoſericeâ mentem, tanquam diuinæ voluntatis radium accepit; & ne mutaret, voto conſtabiliuit, ac voto ſtetit. Hîc verò, velut iniectâ primâ in docilem illam indolem manu, illam plus vltra attraxit miſerans DEVS. Nam & illa donum ſuum breuì ſecuta feliciter eſt; quando DEO ſuauiter intus acritérq; vrgente, vt ſine contatione illi ſe religioni dederet, vbi tã exquiſitis modis & Mater & Filius coleretur, nihil obniti diuino inſtinctui voluit, & ſe demum Filio ac Virgini, Catholicis accenſa, tranſcripſit, arcano diuinæ munificentiæ Sacramento, qui primam illam fæminæ diuino inſtinctui promptè obtemperantis obedientiam, & qualem qualem liberalitatem tanto mox beneficio coronârit.

2. Fuit (à loci nomine conſultò abſtineo) qui occultum hæreticæ proteruitatis vlcus, & ſub illâ cruſtâ ſeu cicatrice facinus quodpiam veluti ſaniem clauſam fouebat in pectore infideli, nunquam illud aperire in Sacramento auſus, quantumuis conſcientiâ rabiosè contrà perfremeret. Erat huic ſexennis filius, qui, num vigili an dormienti non habeo dicere, dixit viſum ſibi tetrum Æthiopem, Patri, ſæuitiâ truculentiſſimâ, imminentem, inſtantem, totâ rabie inhiantem, ob labem conſcientiæ quampiam pernicioſo ſilentio inuolutam,

nec

ec vnquam euolutam in lucem. Hic verò ſe ex re paruuli à Deo moneri peropportunè interretatus, vomicam noſtro aperuit, & iam Catholicus ac ſibi quietè conſcius viuit in multitudine acis.

3. Conſtantiæ miles, & vxor à Caluino ad atholica ſigna ſe recepit. Reſipiſcendi anſa fuit, t ipſe referebat, quòd expilatâ ſacrâ quapiam æde, ùm omnis, etiam linea ſupellex direpta fuiſſet, hic lino illo confecta tibialia dum geſtaret ſenſerit ſe ermoleſto pedum cruciamento ab inceſſu etiam rohiberi, cùm tamen in pedibus nihil antea doris fuiſſet, ac etiamnum nihil tumoris aut vlceris pareret. Quocirca ſe id, quod erat, procliui ſuicione aſſecutum, ſacram illam ſeu ſacrilegam rædam exuiſſe, atque in dumetum proximum bieciſſe, atque omnem ſimul dolorem vnà cum xuuiis eueſtigiò abſceſſiſſe.

4. Puella Memmingana honeſtæ fortunæ, ſed eterodoxæ ſuperſtitioni addictorum parentum fiâ, cultiore mundo in leuidenſam ruſticam comutato, è domo ſuâ, & cognatione ſuâ inimicos lutis ſuæ domeſticos fugiens, ideò exul exire voit, vt vocantem ad fidem Devm ſequeretur, id, uod apud nos Ingolſtadij eſt feliciter executa.

5. Verùm palmare hoc in argumento eſt exnplum Virginis è Caluinianâ Catholicæ, quæ cer. incelebrata ſileri non debet. Hæc nec delinientis verborum, nec offuciarum fraudibus, nec nnis ac minationibus, execrationibúſq; adduci à,

ſuis

ſuis poterat, vt ad vomitum retrò ſublapſa reuerti
ret. Poſt alias machinationes, naui neſcio quò ve
hendam, eques pater cum nauta iam pactus, vt
ad deſtinatum conſenſione mutuâ littus nequi
quam inuitam exponeret, in illo littore opperieb
tur, furentérne an blandè, incertum. Illa patre iſt
tempeſtiuè conſpecto, id quod ſubeſſe poterat i
vtramque partem odorata, ſeu ne in Dioſcori ty
ranni patris manus noua Barbara incideret, ſeu
ad locum acatholicum abrepta procul à ſacris
mnibus arceretur, ſe ſe in aquam generoſiſſim
conſilij extemporalitate modeſtè deiecit, atq
in ripam alteram, pulchro natatu, in aquis Chr
ſtiana Siren, patrem, ac vitæ vel à fide naufragij p
riculum euaſit, & aquas illas exemplo ſuo mem
rabiles, honeſtamento nouo decorauit.

Neque hi ſoli, verùm cum his hoc anno
hac Prouincia Noſtrorum ſtudio Eccleſiæ Catho
cæ ſunt adiuncti, præter eos, qui certo numero a
notati non ſunt, omninò 199.

§. II.

E SACRAMENTIS FRVCTVS.

6 HÆ Societati ſemper fuêre pacis artes,
depoſitâ, ſi quæ in corde germinaret, r
dice amaritudinis, ij qui mutua pace coaluerun
animi, cum DEO etiam in gratiam non inuiti reue
terent. Odia ergo iſto anno minora quidem quà
plurima, grauiora verò facilè triginta in ami

pacis

acis amplexus verſa; quædam inter diſcordioſos oniuges, quædã inter parentes & liberos exulce-atis animis diſſidentes; nonnulla inter Eccleſiæ niniſtros; & quidem aliqua longâ ætate robora-a, eòque quaſi priuilegio ſuî ſecura, citra reue-entiam conſcientiæ admonentis; quædam vene-is, cultris, gladiis, dolis, vi armata; omnia depoſi-a; & ad Sacramenta euntibus aſpera facta ſunt n vias planas, confragosâ offenſorum animorum ſperitate ſublatâ.

7. Iam vt ad Sacramenta propiùs accedamus, ij ui ſe peccatorum vitæ totius reos arceſſiuerunt, uêre circiter mille ſeptingenti aliquot: ſacro epu-o accubuêre ſexcenties ſexagies ſexies milleni, & upra ſeptingentos. Eos inter fæminam muta vere-undia obſtinârat, ne occultum quiddam etiam in ecuras Sacerdotis aures in Confeſſione depone-et. Quòd illam temeritatem tandem generoſa eruicerit, Deiparæ Virgini adſcribit victoriam, uius nomini quotidiano coronariarum precum ultu toto periculoſi ſui ſilentij tempore fuit im-ensè deuota.

8. Halæ autem non tam ſuaui, ſed formido-oſâ viâ ad rectam orbitam deductus eſt vir agrico-a 70. iam annos natus, nunquam tamen ritè inte-gréque peccata confeſſus. Hic demum ad ea vſque d fundum è conſcientiæ arcanis exhaurienda per-ulſus eſt viſâ dæmonis formâ deformitatis exe-crandæ. quare turpiſſimam ſpectri fœditatem op-pidò quàm deteſtatus, vincula quibus tam infeli-

cis formæ domino hactenus obnoxius tenebatur continuò abrupit.

9. In Solodorana Reſidentia quidam ad plenam de omnibus totius vitæ noxis ſuî accuſationem faciendam anxiè accurrens, retulit ſe extraordinariâ DEI miſerentis manu è ſuarum fœditatum abyſſo erui, quippe ſe, reducto per nocturnam quietem æternitatis velut ſipario, in horrendo iudicis DEI theatro reum ſtetiſſe, ac iuſto decretoriæ ſententiæ fulmine dæmonibus, inferno, propter ea, in quibus tot continenter annis volutatus fuerat, ſcelera deſtinatum, certũ exitij tremuiſſe. nunc æterni prouiſu periculi recogitare ſe dolenter, ac relegere annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ. Et continuò vicit periculoſam comperendinationem factus ab illo tribunali ad tribunal gratiæ per pœnitentiam reſarciendæ prouidus appellator.

10. Monachij quoque nonnemo, vbi vitæ omnis telam vt redordiretur in Confeſſione ſe vicit, deſiit intus inteſtinis perplexi animi fluctibus, foris verò ſpectrorum terroribus agitari.

11. Eiuſdem propè argumenti eſt illud Ambergâ. vbi importunum interpellatorem dæmonem ſe vbique ſine interſpiratione, vel modicâ experiri turbidè conqueſtus quidam, aiebat, ſe ne in ipſo quidem ſacri tribunalis loco poſſe interquieſcere: dæmonem enim nunc è ſacræ illius ſedis angulo, nunc è manicâ loqui, vocare, infeſtum eſſe. At vbi ille malè à ſe factorum omnium ſanctè pœnitens pectus perpurgauit, porrectâ in omnem vi-

tam

:am recordatione, ac expiatione culparum, nefa-
rius ex inferno interuentor, ac turbator abiit
:um omnibus turbamentis.

12. Bruntrutana virgo innocens & ſine dolo,
:ùm ſe à parentibus ad hæreticos deſtinari, vt illic
ncillaretur, aduerteret, hoc enimuerò inuiſum
Deo facinus fore rata, concluſit ſimplici, vt erat,
ngenio, præclarè ſe facturam, ſi ſe ipſa citiùs præ-
ipitaret in mortem, quàm viueret inter inuiſa Deo
àpita in mortem ſuam At iam in aquam ſe datu-
a repentinò pertimuit. occurrebat quippe con-
ueta religio, & ſuggerebat, opperiendum eſſe tan-
iſper: neque enim Deo hanc hoſtiam placituram,
contrà quàm aliàs agere conſueuiſſet, Patre ſuæ
onſcientiæ moderatore inconſulto, adeóque
nexpiata moreretur. Quocirca ſe ad Noſtrum
roripit mori certa, ſed ſeu vale dictura, ſeu benè
recante Patre auſpicatò moritura, conſcientiâ
er exomologeſim vltimam expiatâ. Vbi adfuit,
xpoſuit rei ſummam, & dictionis æſtum ſinceriſ-
mis lacrymis innocenter accendit, animi propè
erox. Turbido illo perplexæ mentis conſilio, ſe-
atè placidéque audito Pater, Deo ſibi, & dextro
enio eſſe opus aduertit. ideóque vt moderata
uædam ſedatio ſenſim perturbato illi animo in-
eretur, præmollitâ priùs citra commotionem il-
us mente, dextrè atque induſtriè illam ad mode-
ata conſilia inclinauit, reducto quaſi velo agno-
centem, & gratias agentem, quòd Pater illud exi-
ium tam appoſito conſilio arcuiſſet.

13. Ratisbonæ cuidam ſacrilegum in Confeſſione ſilentium abrupit morbus, & minæ cæleſtes, cùm nocte feſto cuipiam venienti proximâ, inter quieſcendum ſe moneri audiuit, morbum non priùs abſceſſurum, quàm & peccato illi, & ipſi etiam ſacrilegio certam in Sacramento exomologeſeos faceret medicinam.

14. Quodam in loco, dum adulterum, fortè inter helluones, ac popinones à poculentis liberalibus temulentum, fallente lubrico veſtigio, ex alto funeſtâ morte præcipitem vidit adultera, enimuerò tota extimuit, veluti externata. & ita vt erat recèns dolore ac metu tota ægra animi atque anxia, Patrum vnum conſuluit, & in alienâ pœnâ ſuæ culpæ imaginem vidit ac horruit; neq; quicquam omiſit, quod ad animum quæſitiſſimis modis introſpiciendum, & luſtrandum vigilanter pertinere poſſe videatur.

15. Eyſtadij viro poſt conſcientiam funditus expiatam petenti, ecquid eſſet, quòd cùm eleuaretur in altum adoranda hoſtia ſacrificij incruenti, ſacratiſſimum illud ſpectaculum hactenus ferè non niſi oſcitanti ſibi ſpectare licuiſſet, nō minùs quàm ij, qui eo vitio tenentur, quod oſcedo dicitur ab ea, quæ inuitos etiam & repugnantes vincit oſcitatione. Reſpondit Noſter, ſignum id fuiſſe monentis DEI, vt ad enarranda ea, quæ fortè in receſſu neglecta iacebant peccata, os aperiret, id quod iam demum accuratè perfeciſſet. Atque hanc eius euentûs fuiſſe cauſam, inde illum liquidò intellectu-

rum,

gum, ſi deinceps oſcedo illa deſineret. Approbauit reſponſum ipſe qui acceperat, & idem compertâ poſtea rei veritas affirmauit, quando veluti in Confeſſionis non oſcitanter perfectæ ſignum ſeu præmium, oſcedine illâ deinceps tentatus non eſt; ſiue id arcano quopiam naturæ impulſu, ſiue altiore ductu euenerit, Dei nos vt in diuinis ne oſcitemur tam nouè, támque familiariter excitantis.

§. III.

QVÆDAM DIVINÆ PROVIDENTIÆ documenta.

16. Vario ſuî dato ſpecimine quædam in rei Catholicæ, quædam in noſtrum, & aliorum fauorem particulatim edidit experrecta vbique prouidentia vigilantis Dei. Illud in rem Catholicam fuit vindicis & fauentis ſignum, quod refert Miſſio Hilpolſtainienſis: vbi quoſdam præcipiti mortis genere de vitæ ſtatione ſubduxit, aut potiùs exturbauit, vel aliis modis afflixit prouidentiſſimus Devs, gementis rei Catholicæ tyrannos implacabiles, atque indomitos. Baro quidam hæreticus, cuius nomen in obliuione relinquo, contra datam fidem, & iuris normam, lite adhuc pendente auſus eſt Ebenreidæ miniſtrum corruptorem Euangelij collocare, templum claudere, Catholicos à conceſſo cæteroquin ingreſſu, contra ius fáſque arcere. Hunc Norimbergam iter, plura vt iſtic machinaretur, parantem improuiſa, ſed mi-

râ tempeſtiuitate Catholicis opportuna mors ra
puit ad ſublime tribunal DEI. Extincti ſpectrun
infelix, & ita vt ipſe vixerat intolerantiſſimè irre
quietum, armatâ manu claro die vagum aiunt ve
natori, vietori, aliis permoleſtum, etiam in Lu
theranum ciuem nuper arma ſtrinxiſſe; ac parùn
abfuiſſe, quin hominem zytho coquendo intentun
in furnum coniecerit, id quod opportuni inter-
uentores prohibuiſſe feruntur.

17. Bed & Bergenſis pagi ruſtici cùm indo-
mabilem contra Catholicæ rei progreſſiones ge-
nium, occultâ ferocitate vbi vbi poſſent exererent
per occultas machinationes, quaſi cuniculario in-
genio, iam eò rem ſenſim ducebant, vt accerſitis
cautè vndelibet conſiliis atque ſubſidiis, hæreti-
cum in Catholici Curionis locum ſufficerent, at-
que hac arte rebelle Chriſto vexillum ſurrigerent.
Verùm illa meditamenta interuertit coortum im-
prouiſum incendium, quod vnius ferè horæ ſpatio
duodetriginta domos repentè abſumpſit. neque
iam ipſi potuerunt ire inficias, in hanc demum lu-
cem incendij à Deo vindice ſuos protractos eſſe cu-
niculos: & publica vox pœnæ, ac veritatis inter-
pres, dixit, has DEVM ab impio dolo pœnas miſe-
ranter exegiſſe, atque iſtâ clade ſufflaminandos
fuiſſe illos, qui in ſuum aliorúmque tam præſenta-
neum exitium crudi ac præcipites ferebantur.

18. Id quod ſequitur, qui volet, ad caſum re-
ferat: nos prouidentiſſimo DEI oculo nos debere
fatemur, quòd in Clerico Tridenti mirè deprehen-

ſa

ſa ſit fraus, quâ Tridentini Collegij ſigillum artifi-
cioſè mentitus, niſi detectus fuiſſet machinator,
impendiò magis nos inuoluiſſet. Doli pretium
carcer fuit, Noſtris pro illo nihil obtinere valenti-
bus. Poſtmodò longas ergaſtuli ærumnas perpeſ-
ſus, in laicorum ordinem eſt redactus.

19. Non caſus, at cæleſtis planè fortuna fuit
id, quod Bellizonæ geſtum cum viro ingenij cæte-
roquin peracerbi, & inſitæ duritatis, quæ per ma-
iorem obſtinationem perdurauerat militiâ longio-
re. Hic Bellizonæ cæleſti radio ex improuiſo per-
ſtrictus, edomitus, aut veriùs emollitus eſt vnicâ
Noſtri (in quam fortè inciderat) concione: ne-
que illâ totâ, ſed eâ potiſſimùm parte, in quâ blan-
dè pro ſuggeſtu dicebat Pater, bonum IESVM, in
igneâ præaltæ crucis cathedrâ concionabundum
pretioſiſſimâ ſacratiſſimi amoris catenâ mundum
ad ſe tenerè ac fortiter attraxiſſe. Hac ille plus
quàm Gallici Herculis catenâ totis auribus, & cor-
de captus, manus & ſe totum DEO dedit, ac diſru-
ptâ per pœnitentiam catenatarum per omnem vi-
tam noxarum ſerie, poſt diſrupta vincula hoſtiam
laudis in Euchariſtia gratulabundus accepit.

20. Ingolſtadij homo publico ſupplicio deſti-
natus, ita ſe comparauit, vt lætus pro ſalutis pi-
gnore infame illud necis genus, prouidentiſſimam
DEI manum exoſculatus acciperet. Et gaudij cau-
ſas explicans, aiebat apud ſe decretum iam fuiſſe,
vt nocte diem illum, quo captus eſt, conſequente,
mortem ſibi voluntariam, eliſis per ſupremum ſce-

lus ſibi faucibus properaret. ac properauiſſet et
iam, niſi die fatalem illam & præſtitutam noctem
antegreſſo abreptus in vincula, tam vicinam vo
luntario ſuo carnificio ſuam vecordiam agnouiſ
ſet; aliàs liber, citiùs, & à ſe moriturus. Quo i
euentu ingens exiguæ ſuæ operæ pretium ſe retu
liſſe aiebat, quòd SS. TRINITATIS, augu
ſtiſſimæ DEI parentis, & S. Michaëlis Archan
geli honori, per omnem vitam quotidie cubitur
conceſſurus, Litaniarum, & alîuſmodi penſi quid
piam perſoluere conſueuiſſet.

21. Ibidem alius iam quartùm à longa ine
dia redactus ad laquei neceſſitatem, vt ipſe opi
nabatur, collo in laqueum inſerto iam gulam, &
vnà famem ſuſpendio ſtrangulaturus erat, cùm im
pediri ſe ab interuentoris cuiuſpiam vi & voce
perſenſit; voce imperante vt abſiſteret, ac iret po
tiùs ad ſacrum puteum Seruatoris diſſitum triun
horarum itinere: ibíque ſuis rebus, concepto vo
to, conſuleret. Hæc illi è cælo vox, & hæc illi
cuidam è Societate Patri dixit, conſilio vt obſe
cundaret iuſſus. Nunc porrectum ſibi è cælo ad
leuandæ ſuæ ſpei adminiculum gratulatur, ac be
neficium in huius & immortalis vitæ
lucro collocat non ingra-
tus.

§. IV.

§. IV.

BEATISSIMA VIRGO DEIPARA.

22. INgolſtadij vnus è præſidio miles aſſeueranter affirmauit, ſe ad Parthenium Victricis Virginis commilitium, vt inter Sodales illos æternæ gloriæ mereret, non ſemel per ſomnum ab ipſa virgine inuitatum, conſcientiâ tamen omni ab omnibus vitæ noxis perſtudiosè purgatâ. Viſum etiam ſibi, quaſi ſacri eius commilitij Præſidi vitæ totius rationes expoſuiſſet. Expensâ ergo & Virginis monentis benignitate, & pœnis ni paréret obiectis, aiebat nolle ſe tam inſignitè improbum eſſe, qui optimè monenti parére non velit. Quocirca promptus, tanquam à Virgine ipsâ inlectus, ad MARIÆ ſigna conceſſit.

23. Oeniponti imago Deiparæ paruulum ſinu blandè ac oſculabundæ in morem complexa, eius quæ Paſſauij benefica colitur archetypon, Alberti Dureri opus elegans, & donum nobile ab Electore Saxoniæ olim Leopoldo Archiduci ſeniori datum, inde ab eius coniuge Claudiâ domi religiosè piâ in veneratione ſeruabatur. Hanc imaginem, Noſtris adnitentibus, placuit Sereniſſimo hæredi Archiduci Ferdinando Carolo, magnificâ in publicum pompâ ex aula in parochiæ templum proferre. Præſtituta triumpho Dominica poſt Pentecoſten quarta, omnibus compacto eam rem, & communi religione acturis, Virgini Matri Patriæ,

pacis fundatrici. Didita continuò rei fama celebra
tiorem diem fecit, quando Halenſes & omnes lat
conterminos accolas in partem feſtæ ſolennitati
exciuit confertiores. Præibat ſignis facilè octogin
ta expanſis multifariam diſtincta omnis ætas & v
terque ſexus agmine triumphali; etiam paruul
paruulæque ornatu pompæ omni conſentaneo, &
facibus latè collucentibus inſtructæ, vti diei glori
poſtulabat. Aliam ſupplicationis partem ſibi ven
dicans religioſâ quadam maieſtate, implebat mo
deſtiſſima religioſorum Ordinum ſeries, circum-
data varietate; interſerto hinc, atque inde per o-
mne agmen triplici ſymphoniacorum choro, con-
cinnè Lauretanas Virginis nomenclationes feſtis
elogiis accinente. Tum demum ſex equos candi-
dos exquiſito ſuperbóque ornatu atque inceſſu,
holoſerico, habenis, phaleris, criſtis, fibulis, bra-
cteíſque argenteis perilluſtres regebant aurigæ ſer-
tis capita coronati, reliqua heteromallo ac holoſe-
ricâ togâ contecti. Procedebat verò triumphalis
currus eius molis quam portæ caperent, eius ma-
ieſtatis quam attoniti oculi non ſtatim caperent,
vtpote deliberabundi, quid primum ſpectatu eſſet
dignius in machina nunquam hactenus iſtic visâ.
Plurimus accedebat à pactili & coronariâ florum
gloriâ decor. Sed cor & apex totius gloriæ in me-
dio ſpectabatur eminentior in ſublimi auguſtiſſi-
mæ triumphatricis DEI Matris imago Filium tene-
rum ſinu oſculóque complexæ. Sub quâ gemini
Sacerdotes imaginem, ne motu illo vecta quatere-
tur,

ur,ſuſtentabant; affuſis ad pedes ephebis Angelis
uodeuicena ſcuta multo emblemate variatim pi-
ta geſtantibus. Ponè currum pedes cum accensâ
n manu face ibat huius triumphi, quaſi Ioannes
Comnenus, Ferdinandus Carolus Archidux, Co-
nite Sereniſſimâ coniuge, Auſtriacâ pietate, aui-
o ingenio, famulari erga ſupremam Reginarum
riumphantem reuerentiâ glorioſus. Platearum
eripetaſmata, florúmque vndique venientium
imbos & irides lubens prætereo. Aris cõpluribus
ſſignatis per interualla ſtationalis quædam velut
nterſpiratio muſicâ celebritate, ac plurimo frago-
e, clangoréque identidem quaſi per intercalarium
elebrata. Illatâ poſtmodum à quaternis Sacerdo-
ibus in templum imagine, à Noſtro dicta cæli Au-
uſtæ laudatio; & ſolenni ſacrificatione concluſa
niuerſa feſti panegyris, magna ſui veſtigia reliquit
n animis admirantium, gratulantium, laudantium,
c inuſitato exundantis lætitiæ ſenſu piè geſtien-
ium populorum, tanquam facinus etiam heroicis
llis Catholicæ vetuſtatis ætatibus verè dignum,
óque inter hodiernorum annalium decora in bo-
o lumine collocandum.

24. At ſuos in Matre ſuâ honores nouâ paſ-
im beneficentiâ in Matris Beatiſſimæ gloriam cu-
nulat & coronat DEVS. Sodalis Bellizonenſis, ma-
rem ſuam ab omni medicinę ſpe depoſitam, incre-
ſcente acriùs periculo, tertiùm cohortatus eſt; vt
e Reginæ Virgini, quæ in Bellizonenſi Sodalium
cœtu auguſtè colitur, impenſiùs commendaret.

Sed

Sed & ipſe DEVM ac DEI parentem pro matre pr
cari tamdiu inſtitit, quoad illa poſt ſemihoram m
liùs, & poſt quartam iterum horæ partem perfec
valuerit, perceleri eóque magis indubitabili exor
tæ ſoſpitatricis auxilio.

25. Sed & alius ex eodem cœtu Partheniu
cùm Romam peregrinabundus, progredi porr
haud poſſet, pedibus fœdo tumore inflatis, met
perculſus, mox in ſpem ſurrectus, vbi ſe in calida
preces coram Deipara dedit, poſtridie idoneos a
iter pedes reperit, nunquam poſtea illo dolore te
tatus. Non abſimile fuit illud in Reſidentia Solo
dorana, vbi quidam à longo pedis per plures ia
hebdomadas inutilis tumore ac dolore, promiſſ
Deiparæ vno Miſſæ ſacrificio in eius veneration
die Sabbati celebrando, vno item Sabbatino ie
iunio pane ac frigidâ circumſcribendo, confeſtin
ſe immunem ſenſit.

26. Ratisbonæ pacis internæ per ſequeſtram
Virginem inueniendæ causâ, perſona quædam, exa
cto admodum menſe, ſiue 30. dierum curriculo a
ſemihoræ iter extra vrbem ſacrum quendam DE
parenti locum viſebat nudipes; & magnâ voto
ſuo potiti animi voluptate altam quandam & im
pendio expetitam puræ mentis requietem eſt aſſe
cuta.

27. Exoſa immundo genio MARIANI nomi
nis maieſtas, Bellizonæ fecit, vt veneficarum vnam
ab infantiâ MARIÆ nomen in ſacro lauacro ſorti
tam, nominis ſeu odio, ſeu timore, *Minoram* dein

ceps

ęps dæmon imperauerit appellari. Et hæc inter
ias comprehenſa, vt veteri nuncupatione ſuâ di-
na eſſet, ac immani eius tyranni diritate ſe ſe
coluerer, conſcientiam exonerandam tandem ſta-
ıit abſque procraſtinatione atque diffugio, immi-
ente jam neceſſitate ſupremâ. Id quod apud No-
rum quàm operosè perfecit, tantum hilarata eſt,
ùm diceret ſe quaſi molari abiecto, ſine onere
ut mentis nube, amabili ſerenitate pulcherrimè
ecreatam. Affirmant qui vidêre, ſub idem tem-
us fauillam nigram ex ore illius egreſſam plumæ
ıſtar euolaſſe, ſymbolum peccati ac dæmonis ab-
ſtentis. Impetrata eſt huic, & alijs priùs quàm vl-
mum ſupplicium adirent, ſacroſancta ſynaxis, id
uod per magiſtratum hactenus non licebat.

28. Friburgenſium in Heluetia Sodalium
qui celebrem ſanctæ Conceptionis MARIANæ
iem quotannis inſtitutâ decem horarum compre-
atione in templo noſtro ſanctum habent) ho-
um, inquam, aliquiſpiam, cum ſe in aquam dela-
ſum ab aquâ, id eſt, à morte vndique circum-
ısâ ſepultum perſpiceret, ſubſidiariam pericli-
antium auxiliatricis manum implorauit, atque
t poſtea exſors periculi retulit, vidit quam inuo-
ârat DEIPARAM radiato admirabiliter vultu, ſibi
ræſentem: ac ſe ab ipsâ ſuauiſſimè adleuatum à
ındo in altum emerſiſſe: id quod antea non po-
erat, quantumcunque adniſus: atque tunc à ſocio
quis exemptum eſſe.

29. Aliâ quadam in vrbe, cuius nomen præ-
ſtat

ſtat non prodere, Sodalis Sacerdos è quadam ve-
terrimæ obſcœnitatis abyſſo, in qua turpè voluta-
batur veſanus, & cæcus, tandem ſe ſic erutum eſſe
percenſuit. Aiebat ad ſe miſſu Angeli DEIparæ
mandata nuntiantis veniſſe non ſemel fæminam
vitæ propè cæleſtis authoritate pollentem. Mone-
bat illa, ſubmiſsâ quadam ſuauitudine, ídque in-
terpoſito nomine Beatiſſimæ Virginis hæc per An-
gelum nuntiantis, vt finem tandem licentioris vitæ
libertati poneret, periculum enim eſſe ſupremi ſem-
piterníque, neque procul abſentis exitij. Hæc ſe-
cum pertinaci animi duritate, ac vitæ molliciâ ig-
nauè diſſimulantem, judicio æternitatis arceſſi-
tum, atque iſtic decretorio ſententiæ fulmine dam-
nandum jam fuiſſe, niſi admirabilis miſericordiæ
Mater, ſequeſtræ pacis per maternam ſuam ſuaui-
loquentiam procuratrix, impetratâ ſalutari compe-
rendinatione, quaſi pacta fuiſſet cum Filio, vt ad-
huc tantiſper irrogatio ſupplicij differretur: tunc
autem nihil cum reo procraſtinandum, ſi ne iſto
quidem ictu, & comperendinatu ſapiens, pergeret
animum obſtinare. Hæc ſibi iam in periculi præci-
pitio poſito per fæminam à ſequeſtrâ benigniſſimâ
ſignificata; ſéque peracri nuntiantis fæminæ com-
minatione velut externatum intremuiſſe. Quic-
quid autem hoc demumcunque fuerit, certè vidi-
mus malitiâ per miſericordiam expugnatâ, illum
lacrymis coopertum, dimiſsâ ſcorti ſacrilegá con-
ſortione, ad eam, quâ in ſcholis olim apud nos im-
butus erat, pietatis & caſtimoniæ laudem redijſſe;

ac

: omnia quæ tam extraordinariam DEIparæ be-
eficentiam luculenter loquebantur, & laudatè
inc ſe facturum recepiſſe, & promiſſis laudatiſſi-
iè poſtea reſpondiſſe.

30. Inter eos qui Oetingæ ad nos ad ſua pec-
ita, & experta Oetinganæ Virginis Matris mag-
ilia narranda confluxêre, fuit etiam is, qui vene-
cio ad mentis inopis incitas redactus, euoluto in-
gro inſaniæ triennio tertium ſibi moneri per
mnum viſus, audiebat apud Oetinganam Virgi-
em opem ſibi certam non defuturam. Acceſſit;
ec promiſſis defuit rei fides.

31. Matrona quæpiam defuncti fratris ad ſo-
orem ſuppliciter redeuntis monitu, voto Oetin-
inæ DEIparæ, quod viuens olim frater necdum
erſoluerat, ſatisfecit; & deſideratam à terroribus
imunitatem eſt ſortita.

32. Verumenimverò non paucis omni mi-
culo pretioſius eſt, Oetingæ maternâ Matris ad-
irabilis manu cor è ſaxeo adamantinóque molle
iibuſdam factum eſſe ac cereum, quo in facillimas
crymas liquefacto tetra vitæ hactenus propè
eſperanter actæ inquinamenta vt dolenter elue-
nt, euicêre ij, qui cæteroquin intractabili eſſe
l æterna ingenio videbantur. Horum è numero
cebat quidam veneno ac deſperatione proſtratus
mortem, atque in præſenti plurimáque inteſti-
e iam mortis imagine tremens, quaſi ad portas
itij ſempiterni. Huic in tali qualis Oetingæ cele-
errima viſitur cæleſtis Matris imagine augusta

cæli Regina vigili adeſt clarè ſpectabilis, atque il
li vitæ profligatæ probra, funeſtámque obliuionen
DEI ac ſui, quâ tranſuerſum actus præſentes pœnas
luculentúmque per periculum æternorum crucia
tuum ſponte ſuâ commeruiſſet, exponit. Simul ta
men illum ad hilarè ſperandum erigit; affore au
xilium, ſi voto ſibi quopiam Oetingani ſacrar
patronam deuinciret. Nec locum, nec imaginen
ille adhuc nouerat, cùm Oetingam ad ſanctuariur
Virginis haud cunctanter appulſus, agnouit eiu
quam viderat imaginis imaginem, quámque mo
nentem audiuerat. Ibi nihil conſideratiſſimè ac
curationéque omni ab illo perfectum, quicquid
mente monentis Virginis eſſe videbatur; & ſpera
tam opem ex toto indeptus à morbo ſimul, ſimu
à peccatis longâ iam annorum inconſideranti
conſertè accumulatis, gratulatus eſt ſe præſens
alexipharmacum reperiſſe.

33. Cuidam ſimili ferè infortunio, ſed gemin
felicitate in aquis cum fluctibus, & morte luctar
ti adfuit DEI parens auguſtâ ſpecie glorioſa; ne
que deſijt in illa periclitatione cuſtodire, ne aqu
ac morte hauriretur, vſque dum peropportunè a
alijs illæſus collocaretur in tuto. Altiore autem
naufragio eiuſdem auſpicijs emerſit, quando agn
to ſuo errore, quo abſconditi cuiuſpiam ſui fac
noris conſcientiam nemini aperire obſtinârat, ſa
crilegum & quadriennio iam ſeruatum decretu
reſciſſum voluit, atque flagitioſi ſilentij pertinac
am diligentiſſimus omnis Chriſtiani officij emer
dauit.

auit. Friburgi verò in Heluetiâ quendam coorto
omi incendio è ſummo in imum præcipitem, &
MARIÆ nomen implorantem, incolumem gauiſi
niratíque ſunt omnes; vtpote qui à tanto lapſu
llæſus prorſus ſurrexerit, baculo, quocum cecide-
at, in tres partes confracto ac diſſiliente.

§. V.

DE IIS, QVÆ AD SANCTORVM veneratìonem ſpectant.

DE S. IOSEPHO.

34. PRoximum Sponſæ Virgini Sponſum feli-
ciſſimum, cuius honor iam latiùs incre-
reſcit, adiungimus. Friburgi Heluetiæ, alibíque,
uarum eſſe partium putant Sodales, DEI Filium,
& DEI Matrem etiam in vtriuſque conuictore, ac
ideli Patrefamilias Ioſepho impenſiùs venerari: &
æc veneratio eius quâ erga illos ſunt propenſio-
nis teſſera eſt. Quocirca ſupplicatio ad ſacram e-
us ædem decreta, & auguſtè peracta eſt; & ſin-
guli Sodales Ioſephi ſe clientelæ ſolenni formulâ
certatim, viritímque addixêre ipſo celebri Sancti
die, commodùm adiectâ & iſtâ ad veterem cumu-
um pietate.

35. Placuit etiam diuinæ pietati conceptam
à Noſtro quodam erga S. Ioſephi cultum reueren-
tiam beneficio velut alimento fouere. Oeno im-
modicè ſuperſtagnante cùm Patrum quidam ſa-

cram Landſpergenſium ſupellectilem Burghuſi
domum curru reueheret, in periculo, quod euade
non dabatur, deprehenſus, exitij quàm conſil
auxiliíue certior, neſcio quid ſibi ſpei vel è cæl
pollicitus, experrecto quodam vigore fiduciæ, a
S. Ioſephum fidelem ſuorum præſidem voto dict
(quoad moderatores annuerent) ſtatim exora
tum perſenſit, neque minimo enim interiecto mo
ræ ſpatio, virum è primatibus proximę ciuitatis a
uentantem vidit, & ſe ac ea, quæ vehebat, ab eo c
iam imminebat exitio, per illius conſilium, velut
luti, aquarum, abyſſi, ac mortis labyrintho, com
pendiariò expediuit.

DE NICOLAO SVBSILVANO.

36. LVcernæ de Noſtris quidam humorem ſib
ſemeſtri toto in aures illabentem cùm
noxæ ſibi eſſe, ac magis fore non ex vano aduerte
ret, malo increſcente ad cælum versâ ſpe, voto a
Nicolaum, celebratæ in Subſiluania virtutis nomé
facto, humorem repentè ſopiuit, malúmque ac me
tum diſcuſſit.

SS. COSMAS ET DAMIANVS. MM.

37. MOnachij conditæ apud nos SS. Coſma
ac Damiani medicorum reliquiæ pluri
um ſoſpitatrices fuêre. Adoleſcens jam à ſpe me
dici deſtitutus, votum nuncupauit, ſanctiſſimo epu
lo Angelorum ſe ad illorum Sanctorum aram refi

ciendi,

iendi, & cæleſti ſacrificio iſtic menſtruo ſpatio fa-
nularem operam nauandi famulatu Angelico.
Mox febris abſiſtere, ſpes redire, ille denique vale-
e ac voti fidelis reus eſſe cœpit. Ab ijſdem duo
coniuges in pedibus, oculíſque adiuti.

38. Alter ibidem phreneſi ſæpius redeunte
proſtratus, eodem quo ad ſanctos hos medicos
voti religione ſe deuinxit die, in ſpem, & ſoſpita-
em plenam erectus eſt. Alius abiecto grallarum
adminiculo ſe per votum Sanctis his datum ſenſit
ncolumem. Alius agnoſcit ſe per hos oculorum,
lius verò etiam mentis aciem recepiſſe.

S. SEBASTIANVS MARTYR.

39. E Berſpergæ S. Sebaſtiani cultum pro viri-
bus proferre conati ſumus. Multi ſe illi
lebere, quòd à lue profligati non ſint, læti com-
nemorant. Quos inter ancilla, cui vndenis peſte
nflammatis, ac demum etiam extinctis, vſque ad
nortem ancillatæ pro panacea fuit voti oblatio
S. Sebaſtiani honori dedicata. Landishutanum
certè Gymnaſium ſuos omnes in illo peſtilentiæ in-
cendio, velut in ardente fornace, illæſos à funeſto
uis illius carbone ac morte ſeruatos, S. Sebaſtiano
n acceptis refert; quam ob rem ad exornatam no-
uè illius aram Litaniæ ab eius feſto per to-
tum octo dierum circulum ſunt
decantatæ.

S. P. IGNATIVS.

40. AVgeſcente S. P. Ignatij beneficentiâ, et. iam eiuſdem veneratio magnis auctibu: creſcit. Aniuerſariâ exomologeſi, & Synaxi ad e. ius diem quotannis è voto faciendâ vbi ſe obliga. uit Lucernenſis fæmina, ob fluxum ſanguinis exiti iam propinqua, & ſimillima expiranti, vires confe. ſtim, reliquam ſoſpitatem breuì pòſt rediiſſe per. ſenſit.

41. Ad Ingolſtadium è rure Parochus iam duos equos, occultâ hominum ſuſpectorum male. ficentiâ ſe perdidiſſe querebatur, cùm & reliquos per eadem morbi ſigna & veſtigia properare aduer tit ad mortem, nauſeâ plenos, & frigido ſudore o. pertos. Sed aqua DEI nomine ad S. Ignatij ho. norem ritè luſtrata ſæpè aſperſis morbum diluit, & pręfixa pro ſtabulo eiuſdem Sancti imagine om nem mortalium maleficentiam, explorata Ignatij beneficentia profligauit.

42. Lucernæ præter armenta, etiam homi. nes aquæ illius vim experti. Fæmina illius vſu à brachio malum quoddam, & à toto corpore febres depulit. Halæ puella vi morbi à mente aberrans, & Monachij Phreneticus, eiuſdem potu adiuti: & pecus à vicinâ contagione ibidem, Monachiíque ſeruatum.

43. Ambergæ quidam calculo meatus peni. tus obſidente, ac medico aliíſque mortem cum no. cte proximâ iam præ foribus vicinam nuntiantibus, cùm

ùm nihil cibi aut potionis poſſet in ſtomachum lemittere, potuit tamen Ignatianam aquam; & eâ iocte, quæ decretoria putabatur, erumpens vltrò alculus, attonito medico aliiſque admirationem, gro ſalutem, Ignatio gloriam attulit.

44. Oetingæ mulier continenter importuno nſtinctu infelicis genij vrgebatur, vt vnam quampiam è ſuâ prole ſacrificium daret Principi tenebrarum. Hæc adhibitâ ſibi, & ſingillatim ſuis aquæ S. Ignatij nomine dedicatæ aſperſione hoſtem uertit, ne deinceps hac ſe tam dirâ inſectari cogiation e auderet. Halæ quædam eodem remedio antiſper mentem recepit, dum ad mortem poſſet acramentis neceſſariis communiri.

45. Bruntruti tantus aquæ iſtius eſt vſus & tis, vt inde prouerbium fluxerit, ſæpiùs ad Collegium pro aqua illa petitores, quàm ad pharmacoolas pro medicis aquis emptores accurrere. Eerſpergæ quot hebdomadis aqua illa ritè luſtratur addito nomine S. Ignatij, quâ hauſtâ multi ſaitatem biberunt; eâdem ad curanda pecora, & ellendos ex agris mures vſi vtiliter. Ad Landiſutum infans à phreneſi, & alius à lymphatione, uæ catenis coërceri debuit, huius lymphæ potû onſanuêre.

46. Oleum è Lampade S. P. Ignatij Straubingæ viri magni filio vnico in cunis vitam ſeruauit. Nam cùm jam de ſalute illius deſperanter conclamatum eſſet, parens voto & oleo lampadis Monacenſis rem aggreſſus, vbi oleo illo pectus paruuli

perunctum eſt, eo ipſo momento vigor in corpuſ culum redijt, ad hilarem omnium qui aderant ad mirationem.

47. Auguſtæ fæmina, cuius collum, ac epi glottis in pomi molem intumuerat, tentatis ne quicquam alijs, ait ſe oleo lampadis coram S. Igna tij ſtatuâ lucentis vnctam, remedium reperiſſe.

48. Straubingæ oleo eodem ſe ad ſomnum capeſſendum, ac ad mitigandos confeſtim poda græ chiragræque dolores cum emolumento exi mio vſum lætus affirmauit quidam, cuius vel pie tatis, vel eius quâ pollet authoritatis fidem eleua re nobis integrum non eſt. Alibi ruſticus eoden ſe ab herniâ retulit liberatum.

49. Halæ quinquennis puer, à papulis qua dragesimo iam die oculis captus, vbi oleo eoden vnctus eſt, mox diem vidit.

50. Monachij adoleſcens, hebes hactenus voti religione S. Ignatium ſibi deuinxit, ac inge nium tam feliciter acuit, vt poſt votum facili aci omnia penetrârit, progreſſibus adeò proſperis de inceps vſus, vt haud multò pòſt inter primæ nota commilitones locum non poſtremum tenuerit, cote vſus ingenij votiuâ erga Ignatium pietate.

51. Oeniponti in ruente prætereuntis cuiuſ dam caput prægrandi lapide, ac illo Ignatij auxiliū implorante, lapis in caput illapſus hominem hum afflixit quidem, ſed ille breuì eſt ſibi, pedibus, vale tudini reſtitutus. Ambergæ colicos dolores, febris fatuæ calores, phreneſim, lemures, & mala plura

com-

ompeſcuit, fugauit Ignatius in opem aduoca-
ur.

52. Infantes in vtero, aut recentes ab vtero,
atres, lethalibus morbis, lemuribus, veneficiiſ-
ue obnoxij; phreneſi, tetris inſomnijs, aliiſque
entis valetudiníſque incommodis vexati, variè
Ignatio adiuti facilè quinquaginta; vt eos mit-
m, de quibus literæ ſine adiecto numero memi-
ère. Vna quæpiam in febris partúſque diſcrimi-
vnà cum paruulo à Sancto ſeruata, paruulo
em enixa eſt Ignatij nomenclationem dedit, vt
o conſpecto vel nominato, ſæpiùs beneficij me-
iniſſet.

53. Eyſtadij infans perpetuo vagitu alijs
oleſtiam, ſibi periculum creabat. hunc colloca-
ſub ceruicali reliquiæ S. P. Ignatij ad quietem
mpoſuêre.

54. Bruntruti puerpera nobilis toto propè
tiduo cum impedito partu horrendùm luctata,
S. P. Ignatij reliquias venerata, ſimul periculo
empta eſt. Alia prænobilis item fæmina teſtis
paruulum ſuum, Ioſephulum vocabat, cum die-
s totis toto ſemeſtri ſomniculoſus eſſet, contrà,
octes totas peruigili & pertinaci clamore inquie-
s egiſſe, à ſpectris, aut vndeunde id fuerit. Ap-
enſæ ad vtraſq; fores S.P. Ignatij imagines eâdem
octe Ioſephulum ſomno tranquillo, magno tam
ſius, quàm feſſæ matris leuamento conſopiuêre.

55. Landishuti ſpectro terrenti quidam S.
Ignatii imaginem, & aquam luſtralem oppoſuit,

& neſcio quid in ſpectro ſeu venerationis, ſeu hor
roris è quodam ſigno aduertit, ſub hoc præſidi
ab hoſpite illo illæſus.

56. Friburgi Heluetorum, fæminam per ve
neficium affixam lectulo mortuali, à præſtigijs &
mortis periculo; Sodalem verò à laſciuæ puell
faſcino miſerabiliter inquietum, à fœdis intempe
rijs aqua S. Ignatij nomine celebris vindicauit,
paruulo maternum lac horrenti, & ſimul matr
porrecta, horrorem diſcuſſit, & neceſſariam ad la
orexim, ſeu ſitim acuit: prolem trimulam integr
ſaluti reſtituit. Quin ruſticus teſtatus eſt etiam
vaccæ ſuę lac, illius aquę beneficio, redijſſe. Qua
propter pro ara Sancti, prę̨ter tabellas, anathema
ta cerea appenſa 334. & in ſacello Ignatiano, di
illi ſacrâ, ſacro epulo refecti centeni ſupra mille
nos. Denique ſi aquę illius beneficia breui nume
ro complectamur, ſeptingenarium numerum ex
ceſſêre.

57. Quodam in loco votum à fęmina conce
ptum eſt, quo illa ſe quotannis diem S. Ignatij ſacr
Synaxi celebraturam promiſit. Nec irrita cecidi
voti ſpes. Nam horrorem, quo illa maritum pe
plures iam annos implacabiliter horrebat, ſtatim
ex antipathia, vt vocant, in ſympathiam verſum
experta eſt & gauiſa.

58. Landishuti aliquis à ſomno, in quo ſib
oblatam S. P. Ignatij ſpeciem aiebat, experrectus
voto vnico malum omne, quo tenebatur, fugauit.

59. Inde eſt, quòd effusâ, & quaſi mutuâ erga

San-

anctum pietatis liberalitate concertent pij omnes. Ingolſtadij totus propè annus non alios ad S. P. Noſtri aram cereos, quàm votiuis donariis accenſos vidit. Neoburgi ſupplicatio ſacro Ignatij die inſtituta neceſſariam, eóque diu deſideratam legendæ meſſi ſerenitatem creditur attuliſſe.

60. Oeniponti ſolennis hoc anno fuit pompâ multimodâ S. P. Ignatij dies. Prodiit longa & florida ſupra mille trecentorum puerorum & puellarũ ſeries, cultu elegantiore, vt cuiuſque fortuna ferebat, ſpectabilis, pueris florũ faſciculos manibus, puellis florida capite ſerta geſtantibus, amœnâ teneram illam ætatem adſpectantium voluptate. Auxit ſpectaculi innocentis gratiam commilitium Sodalitatis Angelicæ ſelectiore cultu corporis, & pietatis: deinde gemina quæ circumferebatur diuinæ Matris, & S. P. Ignatij effigies, Litaniis Lauretanis, & Ignatianis elogiis per plateas grato acroamate, ac ſapore quodam vernaculo modulatè cantatis, iucundo vſque ad ſuaues vbertímque fluentes lacrymas iſta ſpectantium atque audientium ſenſu, gaudentium de tam dulcibus pietatis condimentis, dum viderent auguſtæ DEI Matri, ac paruulorum in Chriſto Patri Ignatio, ab illa ætate, tam lætam & luculentam grati animi feſtiuitatem in illa ſupplicatione tam tenerè triumphare. quâ in templum noſtrum reductâ, omnis illa florum, & coronarum vis, grandis certè ac ſpectatu longè pulcherrima, MARIANæ ac Ignatianæ ſtatuæ pro florido & coronario anathemate, mira concinnitate, gratiáque

appenſa eſt; omnia & vrbis vniuerſæ oculis, & ipſis Sereniſſimis Archiducibus exquiſitè laudantibus. vbi etiam Sereniſſimæ Archiducis Annę munifica pietas, caput argenteum S. P. Ignatij aræ donarium appendit.

61. Altior, Deo glorioſior, & Ignatio magis honorifica fuit illa panegyris, ac veluti ſupplicatio, quâ per plura huius Prouinciæ domicilia ſe Ignatio magno aſceticæ rei magiſtro, in virtutis palæſtram, & ſanctam quandam theoriticen ad dies aliquot abdidêre omninò centum triginta ſeptem. è quo numero fuêre quoque tredecim virgines Deo ſacræ. quæ res incredibile momentum addit ad introſpicienda profunda virtutis, & ad animos robuſtâ virtute alendos.

62. Etiam à Scholis & Sodalitiis in religioſa horrea meſſis fuit lætiſſima eorum, qui ex Ignatij diſciplina ad diuerſorum Ordinum inſtituta capeſſenda profecti ſunt. Omnes qui ad Societatem acceſſêre, fuêre ferè 27. qui aliis adſcripti ſunt, centum viginti ſeptem, & his plures. nam numerum vbique certum non reperi. Ingolſtadium complures dedit, Oenipontum vndenos, Lucerna totidem, Friburgum in Heluetia denos, Monachij qui ſe Deo authorarint è Scholaſticis ac Sodalibus religioſi, fuêre quadraginta tres: & quidem è claſſe vnicâ ad S Franciſci ſinum vnà tranſgreſſi quatuordecim, nam reliquos Ordines nominatim proſequi nunc omitto. Gaudent religioſiſſimi Ordines

es ex hortis ab Ignatio conſitis tot ſe flores fru-
úſque colligere.

S. P. XAVERIVS, B. ALOYSIVS, &c.

63. IGnatio & Xauerio gratulandum eſt id, quod ſibi Monachij euenisſe quidam fi- e indubitatâ teſtatus eſt. qui prælicenter viuere um primùm deſiit, cùm ab obiectâ præſentium ſi- i SS. Ignatij & Xauerij auguſtâ quadam cæleſti- que ſpecie Pœnitentiæ Sacramentum citra moram llam adire iusſus eſt, loco etiam ac tempore aſſi- gnatis. Accuratè ſingula in templo noſtro tantis nonitoribus eſt executus; pluríſque facit benefi- ium, quàm ſi pedes & manus recepiſſet. Ibidem fæmina ſe vnà cum prole ſeruatam à Xauerio dixit; llius auxilio, per promiſſam quotannis in eius fe- to Synaxim, implorato.

64. Tridenti, vbi Xauerius colitur pro Præ- ſtite Collegij atque templi, virum è primoribus optimatem iam de morte vicina Medici ab omni ſpe alieni monuerant. Ergo ille Patrum è Noſtris quendam impenſo ſtudio ſolicitus orauit, vt ad S. Xauerij aram incruento ſacrificio in ſua cauſa ope- ratus, benignam ſibi vitæ ad ſex menſium ſpatium prorogandæ comperendinationem peteret à DEO vitæ authore, per Sanctum tot fauoribus antiquis ac nouis, admirabilitate perpetuâ, glorioſum: quò iis, quæ domi eſſent, ritè compoſitis, vaſa colligere, ac in domum æternitatis ſuæ iter poſſet eò appara-

tiùs

tiùs adornare. Sacrificatum pro voto eſt: & magn
ille, illicò ſoſpes, intra petitas pro ſemeſtri vi
adiiciendo inducias proſpexit ſanus rationibus ſu
domeſticis & æternis. Semeſtri quod impetrau
rat vitæ ſpatio euoluto, repentinò iterum æger gr
tias DEO & Xauerio egit, ac vixit.

65. Ibidem virgo nobilis, cùm ſibi vitæ vald
modicum, ſpei verò nihil reliquum eſſe videret,
videre ſibi viſa eſt prorſus talem omni ex parte X
uerium, qualem in maxima templi noſtri ara vide
re eſt. Nec mutus adfuit: nam hæc ægræ dicer
auditus eſt: *Hac vice, filia, euades.* A quiete ill
confeſtim lætior, quid vidiſſet, ſuos edocuit: & fi
dem dictorum notabile illicò leuamentum, inte
gra verò pòſt breuì ſecuta ſanitas affirmauit.

66. Plures ferunt, ſe ſolennem S. Xauerij dien
habere fidelitate voti, quo à febri peſtilenti ſan
euaſerint. Puella iam ad vitæ ac mortis incitas re-
dacta, Xaueriano grano in Crucem ducto ſignata,
die poſtero ſalua ſuos inuiſit, cùm iam nihil ſpei
ſupereſſe videretur ad vitam. Eadem poſtea vene-
no, vt putant, delirióque tabeſcens, adhibitâ SS. I-
gnatij, Xaueriíque imagine, rationis facta com-
pos, peractis Chriſtianæ pietatis quæ ille rerum
articulus requirebat officiis, placidè animam egit.

67. Monachium Beatiſſimo adoleſcenti Aloy-
ſio argenteos oculos miſit Sanctimonialis, appen-
dendum accepti grato animo magni in oculis be-
neficij anathema.

68. Friburgi apud Heluetos, parturientes,

&

alij aliæque plures gratulabundi commemorant
neficia, quæ à DEO, interpoſito P. Petri Caniſij
omine, impetrauêre. Quædam ad extremam rei
miliaris annonam redacta narrat, ſe ope illius,
umentariâ cuiuſdam liberalitate adiutam. idque
bi fuiſſe oppidò quàm opportunum in tam diffi-
li egeſtate auxilium.

§. VI.
SODALITATES PARTHENIÆ.

69. INgredimur ephebium auguſtæ cælorum, in qua exedra ephebôrum corona pul-
lerrimis artibus exercetur. Bruntruti ſolers in-
enio liberali cum ſuo Præſide ac Præfecto Soda-
tas, annum auſpicatò cum ſuis ingreſſura, omni-
us in MARIAnum commilitium adſcriptis, nouum
enij genus, cilicinum cingulum, id eſt, MARIA-
a baltea, viritim dedit.

70. Mindelhemij vix quatuor in vrbe ſunt
ues, qui ciuicę Sodalitati nomen non dederint.
uin etiam eorum nonnulli, qui ruri degunt, dum
rbico Sodalitio adeſſe non poſſunt, Sabbatinis,
liíſque delectis diebus cœtum celebrant ritu pari,
ebúſque, quæ domi aguntur, haud multùm di-
antibus, præclaro Sodalitatis imitamento.

71. Ingolſtadienſe Sodalitium inter pretioſa
uratúræ virtutis adminicula, etiam hoc habet, vt
iei horas omnes, veluti totidem lineolas, ad vni-
um diuinæ gloriæ centrum collineet; ſimúlque
ominatim virtutem aut vitium quodpiam eligat,
cui

cui eo die intentiùs inuigilet. denique concept
verbis cæleſti Virgini ſe ſuáque incipiente die d
uouet: id quod pluribus in lubrico periculorum
palmari planè auxilio fuiſſe compertum eſt. qu
bus artibus etiam in ætatem venturam naſcitur
meritorum ſegeti prouidetur.

72. Ibidem Sodalium cuidam Philoſophica
concertatio, alij locus inter eos, qui ſupremâ laur
ornabantur, feliciſſimè ceſſit ad votum, & gratu
lationem; cùm ille ope Virginis imploratâ, ſe pa
ne vitæ & intellectûs refeciſſet ante pugnam; alte
verò voto etiam ſe Virgini obligaſſet.

73. Fuêre Sodalium paſſim plures, qui ſupe
ſalutis negotio conſultaturi, periti conſcientiæ du
cis conſcientiâ vſi, vt ſuî experimentum caperen
iiſdem ſe quibus religioſi ligant votis ad tempus
DEO deuinxerint.

74. Mindelhemienſium quorundam etiam
pernox in cœmeterio pietas, pro animarum fide
lium à Dei conſpectu adhuc abſentium redemptio
ne caſtiſſimas preces fudit.

75. Monachij hoc anno Sereniſſimi Sodale
duo filij Electoris, magnâ Sodalitatis gratulation
ac ſtimulo ad virtutem, ſe palàm per conſuetam
Sodalitij formulam auguſtiſſimæ cælorum Impera
trici, pulchrâ clientelaris officij ſponſione, velu
homagio, dedicarunt. Et Sereniſſimus Albertu
Sigiſmundus, non vacuum Præfecti nomen occu
pauit, ſed omnes eius officij partes inclyto in
omnes exemplo impleuit, dignum ſpectatu vir-
tu-

utis in candelabro poſitæ documentum.
76. Burghuſij pro cuiuſdam, velut interpun-
ctionis & breuis orationis argumento inter alia
quæ agebat, in more fuit Sodali cuidam, ſingulis
horis ardenti quadam interſpiratione, peccata in-
timè deteſtari, vſu rei nec difficillimæ ac vtiliſſi-
mæ in conſuetudinem verſo.
77. Alius tenuiorem aliorum fortunam do-
nariis inuitauit; vt illos Angelicam Salutationem,
& alias cæleſtem Dominam colendi rationes edo-
ceret. Aliorum per plures hebdomades cilicio ar-
mata pudicitia, etiam pernox non inermis & in ſo-
mno vigil fuit; ferè ac olim loricatus alius ille a-
mor dormiuit in fabulis. Alius menſe quolibet ac-
cepti ſui Sancti imaginem obtutu quotidiano præ
oculis geſtabat pro ſpeculo quaſi Socratico, in quo
ſe videret, atque accenderet.
78. Maximilianus Fraiſtich, Sodalis Mona-
cenſis, vir nobilis, intrepidâ & piâ morte vitam fe-
rè in bello actam clauſit in ſinu pacis. Hic in Mar-
tis contubernio, velut in vndante freto, variâ for-
tunâ vſus, cùm in Suecicis vinculis vouiſſet, ſe, ſi
quidem in libertatem aſſereretur, quadriennio ſuã
operam in Beatiſſimæ Virginis Sodalitio, pro ædi-
timi munere collocaturum, voto potitus eſt: &
homo id ætatis ac authoritatis, ſe ad infima eius
muneris officia modeſtè ac perlibenter demiſit.
79. Oenipontanus Sodalis nobiliſſimæ ſtir-
pis non degener ſurculus, inſomnem noctem ege-
rat in vulneribus Crucifixi. quâ ex meditatione
tan-

tantus in generoſo illo pectore cordis ignis exar
ſit, vt & DEI tanta paſſi amore, & ſui ſimul odi
plenum pectus,atque ſi vtroque ſuperſtagnauiſſe
ſtatim aperto per matutinam lucem die in aper
tum campum eruperit. vbi ad hominis mercede
inlecti, atque attonitè ſilentis pedes proiectus,im
pensè orauit, vt ſe in Chriſti acerba perpeſſi gra
tiam, & imitamentum, non vt nobilem, ſed vt po
ſtremæ ſortis mancipium, inflictis non parcè co
laphis infeſtè tractaret, pedibus proculcaret, d
gnum denique ſumeret de ingratâ ſuâ erga Cruc
fixi DEI IESV mortem obliuione ſupplicium.

80 Oenipontanus itẽ Sodalis alius, vt in tenu
trophæo victoriæ palmam non tenuem appende
ret, in arborem pendulâ vndique magnâ nobiliu
ceraſorum vi onuſtam eniſus, per duas illic horas
partim horariis precibus è libello recitandis, par
tim ceraſis adſpectandis dedit. ſic ſurgentem ore
xim aſpectu ac tacitâ oculorum laude vbi exacui
ſicut ille apud Poëtam, ſpectato fonte receſſit; ſi
iſte, oculis omnia, gulæ nihil conceſſit; & ex ar
bore, velut è trophæo pretioſæ coram DEO, quar
ibi conſecutus eſt victoriæ, deſcendit.

81. In Reſidentia Solodorana Sodalium quip
piam per ſingulos hebdomadæ ſanctioris dies bi
quotidie ſe per quartam horæ partem flagris acer
bè accepit. Fuêre quorum cor fuit quoddam ve
luti horologium Paſſionis, dum quoties horolog
horas loquentis ſonum audiuêre, toties Crucifix
IESV (quidam etiam intra diem centies) meminêr

82. Land-

82. Landſpergæ quidam, vt primùm Syllabo odalitatis adſcriptus eſt, à magicis neſcio quibus urbamentis pacatè quieuit.

83. Ibidem Sodalem in iis, quæ pia vxor mo- iens, & Sodalitij, in quo maritus erat, amātiſſima, odalitati teſtamento donauerat aſſignandis ne- ligentiorem, à lecto manè ſurgentem vxor con- erruit; & vultu diritatem quandam præferente uculentiùs minari viſa, vſque eò peragitauit, vt horace neglecto, pallio tantùm tectus, in fugam dederit ad Sodalitium, vbi Sodales tunc fortè d ſacra conuenerant. Ibi rem trepidus, & libera- em Sodalitati & vxori defunctæ fidelitatem pro- ittens, narrauit; neque ampliùs procraſtinauit, uin ſolueret.

84. Landſpergenſium quorundam Sodalium igax piúmque ingenium illud præclarâ conſuetu- ine complecti perrexit, vt quoties in ſe, vel in DEVM aut cælites probra iaci audirent, ad reſar- iendam quoquomodò DEI à nobis omnia opti- na commeriti iniuriam, cæleſtem illam velut an- iſtrophen opponerent, dicerêntque: *Gloria Pa- ri, & Filio, & Spiritui ſancto*, ita malo pſalmo bo- am clauſulam addidêre.

§. VII.

PRÆSIDIA CASTITATIS.

85. LVcernæ arte Lenoniâ varia inuitamen- ta impuritatis faciebat puellæ caſtiſſi-

mæ immundus genius non deformi adoleſcenti fronte laruatus. Gladius quo ab illa ſemper victus ac tandem etiam fugatus eſt, fuit gladius Gedeo nis, panis confortans cor hominis, quo fortium pa ne cum puella è Noſtri conſilio crebrò veſceretur virginei Sacramenti fortitudine fractus adoleſcen leno dæmon euanuit.

86. Oeniponti hominem impuræ domui, a deóque ſceleri iam vicinum, obiectâ propè domum Chriſti è Cruce cruenti imagine, tanta conſterna tio repentinò perculit, vt pedem à ſcelere medita to confeſtim abduxerit; rem ad Patrem quendam Societate retulerit; ſéque veteris ſui hominis amo ribus exautoratum æterno DEI amori honoríqu authorârit.

87. Neoburgi pudiciſſima puella Domino pe cuniam, quâ ille ſcelus emeret, illa florem ſuæ inte gritatis venderet, obtrudenti reſpondit: Quan tamcunque molem pecuniæ longè inferiorem eſſe quàm vt pretium eſſe poſſet animæ ab inferis redi mendæ. At ille, cùm aliàs etiam ſemper victus, tum verò his adeò abruptè dictis, veluti fulmine con ſternatus, abſceſſit.

88. Landishuti pulcherrimæ factæ ſunt vin diciæ puritatis ab iis, quibus palmas in manus in ſerit DEI gratia, & bona Confeſſariorum noſtro rum induſtria. Vnius inter alias Virginis de hoſte ſimili triumphantis inſtrumentum victoriæ ac tro phæi fuit ſanioſus pannus, quo illa putre quod piam & odore tetrum ſui corporis vlcus abſterſe

rat.

at. Hunc ergo pannum, ita vt erat à tabe cruen-
is ſordibus putidâ, abominandum in ſinum ſpurci
lius ſtomachoſa iniecit, ac dixit: Videret ibi cæ-
os amores ſuos, & execrandam inſaniæ ſuæ ille-
ebram. Sic victum in ruborem ac fugam dedit.

89. Ibidem altera vt inſidiatoris flammas im-
udicas per aquam euaderet, in aqua in multam
octem ſtetit ad pectus vſque immerſa; digna, quæ
ertio loco laudetur, cum Bernardi ſuas, & Ignatij
lienas flammas eâdem arte extinguentium, dein-
eps meminerint calami pudicitiæ laudatores.

90. Burghuſij Sodalis adoleſcens victoriam
milem niueæ puritatis reperit in niuibus cum
rancisco. Vbi etiam non authore aut ſuaſore no-
ro, ſed mutuâ voluntate duo coniuges ad imi-
andum pro modulo Beatiſſimæ Deiparæ ac Spon.
Ioſephi exemplum, fœdus caſtiſſimum pepigêre.
mbergæ quidam vt inuiſis fœditatibus in hoſpi-
ale redderet caſtum, & his inquinamentis inimi-
um pectus, illud vrticis affatim ingeſtis foris ac-
endit, æſtus intus reſtinxit.

91. Sodalis Tridentinus, pudentiſſimus Scæ-
ola puritatis, manu in ignem iniectâ infeſta inimi-
i tela victor exuſſit, & Deo, qui docet manus ca-
tas ad prælium, gratias egit.

92. Sed & aliud quiddam Tridenti actum, ad
uod meritò conſternata emollida effœminatioris
itæ licentia contremiſcat, & occaſionem liberta-
e abſiſtat. Puella cuidam ſibi totâ ſpe deſponſato
udicitiam ſuam iam inde à teneris annis prode-

gerat. Illo ſacris initiato ſpes quidem omnis abru
pta iam erat, neſcio quid tamen adhuc illicij & ne
ceſſitudinis familiaris intercedebat, ſed citra faci
nus piaculi grauioris, vt ferebat opinio. Neque ta
men deerant, quorum ſecreti & ſuſpicaces queſtu
in illam ardeſcerent. Certè mater prodigam filiar
diſertè monuit; abſiſteret, memor impuri ſacrile
gij pœnam eſſe ignem fornacis ardentis. Domini
co die, Sacerdote illo domo ad Sacrificium extr
vrbem, relictis puellæ domûs clauibus, abeunte
puella ad Noſtrum in templo adiit, & animo pe
pœnitentiam ſemel ac iterum expiato, petitâ etiar
& acceptâ poſt duos tréſue dies ad confeſſioner
redeundi veniâ, ſacratiſſimo Chriſti Corpore rit
refecta, neſcio quâ ſeu zeli ſimplicitate, ſeu dolo
ris, aut mentis imminutæ intemperiis agitata, mo
à meridie fornacem iam inſtructam, luculento ign
accendit, atque inſtructo ad fornacis ardentis o
ſtium altari extemporaneo, impoſitáque illi Cru
cifixi effigie, ac S. Antonij Paduani, aut aliâ qua
piam imagine, additis duobus candelabris, & aqu
luſtrali, oleo (vt poſtea patuit) primùm prob
vncta, ſe in fornacis hiantis os, feralis hoſtia! con
iecit, & arſit. Veſperi Sacerdos ille domum redux
illam mediâ corporis vncti parte combuſtam in il
lo ſeu pœnitentiæ, ac intempeſtiuæ de ſe vindictæ,
ſeu, quod alicui credere in mentem veniat, deſpe
rationis apparatu inuênit, victimam raro ſanè nor
hac modò tempeſtate, ſed & è vetere memoriâ ex-
emplo memorandam; & ſacrificium ambiguum
cuius

uius eſſet, cùm nec parùm deuota paſſim audierit, & Sacramenta piè frequentârit, & denique in hac ipſa ſcenæ ſupremæ cataſtrophe quædam pro vtrâque arbitrandi parte timoris ac ſpei argumenta & ſigna (fortè facta à mente etiam aliena) miſcuerit. Legat, cui vacat, Cæſarij de illuſtribus mirac. lib. 6. cap. 35. vbi quædam, cùm fortè dici audiſſet, Sacerdotum ſcorta nunquam poſſe ſaluari, niſi ardentem clibanum ingrediantur, ſe in fornacem iniecit; & conſpecta eſt è fornacis ore columba candida euolare in cælum; ad cadauer autem noctu candelæ plures viſæ ſunt diuinitùs collucere. Atque hoc ipſo fortaſſis exemplo audito ad idem patrandum permotam hanc noſtram per me liceat, ſi cui libeat, ſuſpicari. Diſcent tamen hinc ſaperе mentes occaſionum amatarum mollitiâ diſſolutæ.

§. VIII.

INDVSTRIÆ.

93. HAs inter cenſeri poſſent plura eorum, quæ aliàs retulimus: nunc addo perpauca. In Miſſione Feldkirchenſi verno ieiunio ad allicium populi feſtis diebus, ad confertum auditorem appoſita loco, temporíque pia quæpiam hiſtoria, pro more in Collegiis nonnullis recepto, narrata. quæ res & nouitate, & argumento, & facilitate memoriæ iſta faciliùs retinentis, & hominum ingenio plurimùm viſa eſt placuiſſe, nec minùs profuiſſe.

94 In Rottenburgenſi Miſſione in viro pro-uectæ iam ætatis patuit, quantum ſit ad ægros pa-ratè ac mente inſtructâ accedere, morbíſque ipſis induſtriæ loco vti ad animas iiſdem doloribus eru-diendas, quibus corpus eruditur. Vir ſexagenario maior magni beneficij inſtar habuit morbum, eò quòd affirmatiſſimè diceret, ſe intra vnum alterúm-ue menſem, quo æger à Patre quopiam identidem viſebatur, & occaſione illâ in diuinorum cogni-tionem altiùs inducebatur, corpore doloribus ita ſubacto, vt tamen animus eſſet ſerenus & capax, plus rerum cæleſtium didiciſſe, quàm per omnem anteactam vitam didicerit. Et ſæpe Noſtris magnæ induſtriæ inſtar fuit corporis ægritudo.

95 Neoburgi veſpertinis horis per totam Eucharistici Sacramenti octauam, & per 30. dies poſt feſtum Aſſumptæ in cælum DEI Matris, Lita-niæ muſicâ modulatione cantatæ, magno ad v-trumque religioſiùs auguſtiúſque colendum inci-tamento fuêre: vti & libelli Dilingæ, alibíque impreſſi, ac incitandæ pietati ſparſi; veluti do-meſtici, ac perpetui concionatores & magiſtri ſemper ad manum promptiſſimi.

§. IX.

VARIA.

96. A Deſperatione ad ſpem erecti nonnullo-rum animi, quos inter non pauci à vul-nere jam inflicto ſibi, vel jam infligendo: Halæ

vnus,

nus, cui mortis author dæmon laqueos geminos, uibus & huic & æternæ morti ſe alligaret, obruſerat.

97. Etiam in itineribus, & quaſi per tranſenam in lætam meſſem incidimus. Bellizonâ Noter hoſpes apud virum nobilem à cœnâ de diuinis ro more Societatis diſſerens tam exquiſitâ famiæ voluptate auditus eſt, vt puella nobilis, matrionij ſplendidi, ad quod à parentibus vrgebatur, pes & gloriam Chriſto poſthabere ſtatuerit:cûmue poſtea pro more mundo muliebri elegantiore ti cogeretur, ſe cilicio primùm, ac mundo lauiore cilicium intexerit, adeò vt carnis integumenum fuerit cilicium, cilicij verò mundus ille ſplenidior, ne tam ipſa quàm cilicium ornaretur. Nec agellis pepercit, quibus in ſe acerbè deſæuiens, a carnis innocentiam iſtâ velut cote acuebat, vt ſpiritûs poteſtate tota eſſet. Denique ad æſtiandam rerum cæleſtium granditatem capaci quaam mente aſſurrexerat, nuptias adeò aſpernata, t quoties inter precandum diceret: *Fiat voluntas ua*, tacito ſuſpirio peteret, ne à diuina voluntate etrudi vnquam in matrimonium ſineretur. Atue hæc illa ex vnâ Colloquij cæleſtis luce indepta ſt, nunquam rebellis hauſto iſtic lumini. Tantum intereſt ſiue per iter, ſiue aliàs diuina humanis opportunè velut intercalari quadam dexteritate interſerere, vel audire.

§. X.

DE SANCTIMONIALIBVS.

98. Landishuti Parthenoni ſacro præfecta Vi
go illuſtris, à Societate innocenter hact
nus aliena, per annos plures idoneum vitæ ſpiri
tualis formatorem quæſitum ſemper, neque repe
tum, vt ipſa rebatur, demum impenſo ad id menſ
vnius toto ſpatio ſtudioſè per preces multis corpo
ris afflictationibus perſanctè armatas à Deo poſtu
lauit: & inexpectato euentu in Patrem è Noſtris
vnum incidit; à quo tanto rerum cæleſtium com
pendio eſt inſtructa, vt plurimâ & ſuauiſſimâ nun
quam ſibi perſpectæ antehac Societatis æſtimatio
ne, læta experiatur & celebret, ſe menſtruo illo la
bore quæſitum petitúmque à Deo ſpiritûs ducer
affatim impetraſſe.

99. Ibidem alia vt cordi ſuo perpetuum Ie
sv, & Mariæ mnemoſynon imprimeret, duo ill
ſancta nomina ſuo pectori ferro incidenda iudica
uit, ſuo quidem illa tantùm vſa conſilio, magno ta
men argumento capaces diuinorum eſſe has ani
mas; & nobis medio calle incedendum eſſe, vt
frænum alijs adducamus, dum alijs incitandis
intendimus, vt vtriſque non tam fre-
quentes quàm ſalutares magiſtri
prodeſſe poſſi-
mus.

§. XI.

DE QVODAM SVPPLICIO AFFECTO.

00. EOs inter, quos ad decretum à Magiſtratu ſupplicium hilari cum gratiarum actione ſanctè ſubeundum noſtrorum Patrum animauit charitas pietáſque, caupo vnus Landſpergæ venit præ cæteris memorandus. Hunc inter, & Nobilem impendiò magis quàm decebat exardeſcentem, ex vno ſeſtercio nata lis exarſit, & quæ ſolâ inficiatione deleri poterat, eò increuit, vt caupo etiam poſt venditum pecus, quod habebat, adhuc impar impendio, fortunis exueretur. Cùm verò decretam à Magiſtratu pecuniam (30. floreni, ſeu 10. aurei erant) cauponi negaret Nobilis, ille dolore ac egeſtate, vxoríſque ac filiorum miſericordiâ, in extremam impotentis animi effrænationem actus, domum redijt, & quendam è Magiſtratu domûs illius occupandæ causâ venientem ſemel iterúmq; minaciter arcere auſus, domum congeſto affatim ſtramine incendit. Tum verò conſpecto illo incendio, quo in periculo verſaretur perſpicere, Devm, & Cuſtodem Angelum vocare, denique ad carcerem vltrò abire, ingreſſum vrgere, ac perſeueranter præſtolari. Diu res, ac variè agitata, illo interea cum vno è Noſtris ea peragente, quæ ad mortem optimè obeundam ſpectant, ídq; miro tam Noſtri quàm illius ſolatio, mirâ deſideratæ mortis libentiâ. Ipſo ferali ſuo die Patri dixit, ſibi primam eo

die fuiſſe cogitationem, primam fundendi eo d
à ſe ſanguinis guttam Deo pro Nobili illo, cui
causâ in hæc incidiſſet, offerre. Supremi ſui ad ſu
plicium itineris comites adlegit S. Ioannem Bapt
ſtam, & S. Catharinam Virg. Mart. cupientiſſimu
pro Deo moriendi, & cudendæ ex hac morien
neceſſitate magnæ virtutis. Illud ſeu caſus, ſeu ſul
limius caſu quiddam fuit, quòd æri campano pr
decretoriâ ſententiâ ſignum tertiùm daturo, inte
primos ictus fractus malleus ſilentium injecerit,
quódque inciſum pro more, vt facilè frangi poſſet
decretoriæ ſententiæ bacillum Prætor non facilè
vt aliàs, verùm ægrè, ac non niſi magnâ vi, & pe
ctori admotum frangere potuerit, & euentum ſtu
puerit. Denique quicquid ad exquiſitum parat
ſupplicium ſubeundi apparatum ſpectat, id omn
abundè perfectum ab illo vbi eſt, lubens caput ictu
obtulit. Illo capite truncato, Nobilis ille litis è ſe
ſtercio artifex eo ipſo die in arce ſuâ terroribus a-
gitatus, & ignotâ ſed minaci quapiam flammâ ob-
errante perterritus, paucis pòſt hebdomadis peſti-
lentia vitam abrupit, priùs quàm animum Sacra-
mentis potuerit expiare. Duo teſtes eâdem lue
abſumpti. Alius nobilis & ipſe mortis huius actor
repentinò exanimatus. Ita ſeſtercio emit litem i-
rata ſuperbia: lite verò vnam mortem lucrata, ei-
dem morti quatuor victimarum capitibus parenta-
uit; & ſi non didicit, certè docuit è minima ſu-
perbiæ auaritiæuè ſcintilla æternum naſci poſſe
incendium.

§. XII.

§. XII.

QVÆDAM DE FVLMINE ſingularia.

1. E Reſidentia Biburgenſi ad conſuetas animarum operas foras progreſſus Noſter, i pro concione in ſuperſtitioſas religiones, & o-nes impurorum ſpirituum artes peracri oratione uehebatur eâ Dominicâ, quæ maioris jeiunij ter-a eſt; cùm è cælo nubibus jam antea inuoluto ac tro , ſub ipsâ concione geminatum tonitru in mplum, & propè in dicentis caput excuſſum eſt. t ille, terrore breuiter excuſſo, dum dicere porrò ergeret, priùs non ſine conſternatione quadam, ntiſper dum Dominica oratio, & Angelica ſalu-tio ferè abſoluitur, conticuit, & conſedit. Mox erùm ſponte ſuâ conſurrexit , pileo caput conte-t, dictionem proſecutus. Quia verò inopinata rmido concionem propè diſſipârat, illâ intermiſ- Biburgum reuertit incolumis. Hîc verò magno ereticorum quiduis pro comperto ſpargentium re,atq; adeò etiã Ratisbonenſibus,& Argentinen-bus typis inflata fabula intumuit, quæ illum cõtra æterodoxos (an illi magi & ſagæ ſunt ? nam hi rant Oratoris argumentum) pro ſuggeſtu fulmi-antem fulmine vel internectum interijſſe, vel ab xitio nihil abeſſe flagrantiſſimè procax mentieba-ur. Sed publico inſtrumento, & iuratâ teſtium de teſtificatio typis vulgata , malignè impuden-tem,

tem, commentitiámque maledicentiam diſſipaui
& mendaciorum typothetas admonuit, veritat
vt potiorem haberent curam, quàm ſuorum rabu
larum.

102. Plus commodi à fulmine Dilinganc
vbi poſt extinctam, in pluribus ferream, dira qua
que verba vomendi conſuetudinem, cum quodai
nequicquam laboratum eſt. Sed non impune i
illi fuit, quando venêre nobis ab irato cælo ad prc
fligandam illam verborum diritatem ſuppetiæ: &
illo more ſuo, ac phraſi patriæ, inter ſuos tonitrua
fulgura, fulmináque ſexcenta pertumultuosè or
toto vibrante, in ipſo verborum, ceu meteoro
rum æſtu, flammigerare viſum eſt cælum; & ex
cuſſo effusóque inter tonitrua horrendo fulmine
ipſum, ac ſocios, alios aliò metu abreptos, in atto
nitam fugam egit; DEIque ad verba noſtra omni
præſentis, nec ſurdi, admonuit; quippe qui meteo
rorum ſit Dominus, juxta illud Iob 38. *Nunquid
mittes fulgura, & ibunt; & reuertentia dicent tibi
Adſumus.*

§. XIII.

E VIVIS HOC ANNO EXCESSE-runt in hac Prouincia.

103. BRuntruti diem ſupremum 8. Maij exple-
uit *P. Iacobus Muſinus* annos natus 40.
in Societ. 23. vir exquiſitæ paupertatis, ac prompti
ad omnia candidíque ingenij. Conſtantiæ *P. Ioan.*
Bapt,

ipt. *Gailberger* 4. vot. prof. 53. æt. anno, quorum
. in Societate duxit. hic vir cùm alijs, tum illâ
rtitudine memorandus eſt, quâ grauem Suecicæ
captiuitate crudelitatis fortunā conſtanter tole-
uit. Eberſpergæ *P. Ioannes Balſterer* 66. æt. an-
. vir candore ſuo apertus, charitate ad omnia
peditus, & examinatæ quotannis paupertatis,
iid arcto illius genio poſſet addere, aliquid è ſuo
trahendo. Cantato vnâ ferè ante mortem horâ
rmine MARIANO; *MARIA Mater gratiæ* &c.
l illam ſuaui fine conceſſit.

Eyſtadij 3. Aug. *P. Thomas VValker* 34. ætatis
ino. ſui commodi planè incurioſus, aliorum verò
openſiſſimus æſtimator, & ad omnes charitatis
caſiones occupandas amanter intentus.

Friburgi Briſgoiæ *P. Chriſtophorus Alberti*, qui
uodemumcunque modo res fluerent, illud iden-
dem, veluti pro panchreſto medicamento repe-
bat: *Volo Ieſuita viuere, & mori*: vtrumque accu-
ulatiſſimè conſecutus.

Ibidem *P. Ioannes Harſcher*, cum Philoſophiâ
tæ curſum conſummauit. ingenio non improm-
tus, at colicâ varium in modum cruciatus: 12.
Octobris tandem inter prandendum ſomno lethi-
ro, & breuì, morte occupatus.

Halæ 18. April. *Daniel Röſner* 33. annos in
ocietate verſatus, quietæ vitæ placidum finem in-
enit. Hunc è latebris hæreſeos in hunc modum
uoluit DEVS. Non aliud illi primò perſuadere
oterat Noſter, quàm vt ſacrificio immaculato
quoti-

quotidie matutinus adeſſet. Faciebat id ille qu
dem haud grauatè, at de perpetuâ Chriſti in Euch
riſtiæ Sacramento præſentiâ multùm anceps; v
que dum defixis attentè oculis in hoſtiam ſacr
ſanctam tempore ſacrificij eleuatam, ipſum in il
Chriſtum viuâ patientis imagine ſpectabilem ſi
oſtenſum dixit; ac totus primò in ſanctæ Matr
Eccleſiæ, deinde in Societatis ſinum ſe recepit
querelas excuſationéſue miſcendi planè ignaru
& otij oſor; deuoti laboris, charitatis, & amab
lis illius Sacramenti, à quo ſapere didicerat, long
amantiſſimus. Præter hunc, ad S. Morandum v
nus item Coadiutor diſceſſit è vita.

104. Monachij 16. Martij *P. Andreas A genman* 77. annorum ſenex. 4. vot. prof. Dantiſc
alibíque non poſtremæ famæ Eccleſiaſtes: poſte
in iuuentute moderandâ miræ accurationis; æta
tis ac morum gratiâ Sereniſſimis gratus.

105. Oeniponti 20. Aprilis *P. Andreas Brun ner* æt. 61. Soc. 45 anno. Hunc Halæ liberalior
ingenio quàm fortunis natum, & pudicitiæ inter
occaſionum lubrica retinentiſſimum, diúque con
ſilij quò demum vitæ rationes inclinaret ambigu
um, S. Andreas Apoſtolus perpulit; à quo ſe ille
bis & quidem inflictis etiam verberibus, monitum
dixit, vt Chriſti Crucem ſequeretur ſocius IESV
factus. Tum ſerenitas menti illuxit, & ille Socie-
tatem amplexus, ac in ea 4. vota profeſſus, obedi-
entiâ maximè moderatoribus acceptus Boicam Hi-
ſtoriam jam inde à capite arceſſitam, & alia plura
ſcripſit.

ripſit. Eccleſiaſtæ munus eruditione ac pietatis
enæ ſucco, non puerili phalerarum vanitate im-
euit; calamo ac voce per miras benè de anima-
s merendi artes, ab induſtriâ celebratus. Suî de-
iſſione, otij, fabularúmque odio, plurimâ in di-
nis religione, maturâ modeſtiâ, longâ in Suecicæ
ptiuitatis ærumnis patientiâ, optimatum gratiâ
n ex vano collectâ, magnâ denique virtutum
imiarum laude apprimè ac meritò commenda-
s. Si quid impetratum à DEO vellet, animarum
purgatorij tormentis detentarum ſuffragijs rem
ebat; à S. P. Ignatio, ac B. Aloyſio etiam quid-
m auxilij non obſcurè expertus.

106. Ibidem 14. Martij *P. Georgius Chriſtei-*
r vixit annis 48. in Societate 27. ex ijs Oenipon-
16. prouidus, vbique tempeſtiuitate impigrè v-
s, ſordium & alieni æris ac nominum impatiens,
nique religioſus Oeconomus. Imperterritus in
o animarum zelus, quo armatus, etiam in occa-
nes vndique cinctas contagionis hoſtiúmue pe-
culis irruebat. Eruditus ac mirus inter coniuges
cis author; quem in finem quaſi feciales quaſ-
m eâ de re narrationes accuratè collectas, & pro
ncione opportuno delectamento conditas nar-
bat. Procul iter adornaturus, animum confeſ-
ne generali prouidenter varia itinerum medita-
s, parabat. Adoleſcens qui eum cum fæminis a-
ntem, & oculos non in vultum colloquentis, ve-
m aliò per modeſtiam quaſi diſſimulanter defi-
ntem, ídque ſemper, conſtantérque aduertit,

falſus

faſſus cum exempli admiratione poſtea eſt, ſe il
tam cuſtoditæ in oculis modeſtiæ documento pe
ſanè acriter commotum, ſalutare Iobi ſeu P. Geo
gij fœdus cum ſuis oculis pepigiſſe. Collegium
voto etiam nuncupato, chari & neceſſarij capiti
vitam ex voto producere tentauit, ſi DEVS annui
ſet. Verùm ille intra octo dierum interuallum an
mam, quam in patientia poſſederat, in ſingulari pa
tientiæ laude felix egit.

107. Dignus etiam eſt *P. VVolffgangus Gr*
venegg, vt eius nomen annales literæ ab interit
vindicatum alant in hominum memoriâ; qui O
nipontano Collegio 20. Auguſti die, 56. vitæ, 3
Societatis, 23. ſolennis 4. votorum profeſſionis
anno acerbum funus fuit. Illuſtri, ac lautâ Bar
num S. R. Imperij domo natus, breui Eccleſiaru
plurium Canonicus, cùm nobilitas, ingenium, do
ctrina, veluti prædes aut ſponſores nobiles, iuuen
excelſa ſponderent, in prompto ad capeſſendos
honores aditu, ſpes omnes Romæ protinus exuit
& ad Chriſti pedes in Societate IESV abiecit. Cu
ius ipſo in limine (ſunt qui illius in illo religionis
ephebio verſati cum laude meminerint etiamnum
accurato ſtudio, & forti diligentiâ in legis cuiuſui
acerrimè ſeruandæ laudem incubuit, quam poſte
nunquam deſeruit. In Romano Collegio Philoſo-
phiæ, quam in Collegio Germanico degens audie-
rat, anni ſpatio repetendæ, annum vnum, ac ſub-
inde Theologiæ quadriennium dedit. In Germa-
nia protinus Ariſtotelis, & deinde S. Thomæ in-
terpres,

erpres, ingenio, gratiâ, diſcentium frequentiâ
lauſúque laudatus. Vt perplexam cuiuſpiam con-
cientiam expediret, & pœnitenti illi leuamentum
onniſi cum inſigni audiendi patientiâ præſtari
oſſe videret, illi audiendo, & nonniſi ter breuiſſi-
nè interpellato, cùm propè infinitè confeſſionem
exeret, totas horas octo eâdem in ſeſſione inſum-
t. Varijs primùm domicilijs per annos 12. dein-
e Prouinciæ præeſſe juſſus, vtrumque paternâ
rouidentiâ, idoneóque ad omnia ingenio imple-
it. Rector cùm eſſet, ad Prouinciæ Præpoſitum
teras dedit, quibus rogabat, vt ſi quos ægros ha-
eret, eos ad ſe curandos fouendóſque ſubmitte-
et. Dum captiuitate Suecicâ, in perturbata illa
eipublicæ Catholicæ tempeſtate attineretur, ſo-
o lue preſſo, cibum ipſe coquere, ori eius mini-
rare, ipſum leuare ſtrato, lectum exquiſitè com-
onere, iterùm illum reponere ipſe infimis media-
inorum officijs abundè ſatisfacere, nullo laboris
ſtidio, aut metu periculi. Cùm obſoleto cingu-
cinctum videret quendam è Patribus, ſuum illi
edit, ſéque illo accinxit. Eminebat potiſſimùm
illo liberalis quidam & etiam ex illis temporum
uctibus eminens animus, qui ſpem defixam tene-
at in infinito ærario liberaliſſimi DEI, etiam in
â quam bellum ſecum inſtar torrentis vehit om-
um egeſtate. Biennalis in arduis chiragræ, po-
agræ, calculíq; doloribus patientia, & DEO ſem-
per hilarè affixa mens laudum illius coronamen-
tum fuit: nam aliæ vitæ hiſtoriæ reſeruamus.

ANNVÆ PROVINCIÆ
HIBERNIÆ
Ab Anno M. DC. XLI. ad M. DC. L.

§. I.

REI CATHOLICÆ, AC SOCIETATI iſtic ſtatus.

1. IRrequietus vbicunque rerum po ri poteſt hæreſeos genius turbu lenter miſcet ſacra & prophan. nec ipſe ſibi fidelis, aut ſui à ſeip ſecurus. Regiam in Anglia m ieſtatem, quam pro Eccleſiæ capite adorabat, Rege Carolo Primo, anno 1648. ſecuri palà percuſſo, capite truncauit: & fidele DEO, ac R gi, quia Catholicum, Hiberniæ Regnum quan potuit clade quaſſauit. Octo iſtic habebat incho ta Collegia Societas; quorum ſeptem plenè ia ac benè fundata: ſex alia domicilia, ſeu Reſider tias, veluti Collegiorum rudimentum in ſpe no vanâ nec dubiâ proximáque vbique Collegii, No ſtris iam ternis, iam quinis, iam octonis, vt res fer bat, ea omnia quæ Societas in Collegiis exerce haud otioſè aut ſegniter exercentibus, Epiſcop Sacerdotes ſuos nobis formandos committent bus, nóſque in ſinu oculíſque amanter gerentibu denique Societate in publicis Regni Comitiis, pro pen-

luſtrali Sacramento initiemus. Quocirca maioi
lucri cauſâ prudenter hæc iactura ferenda eſt,
cautè ab inconſultis ardoribus abſtinendum; atq
adeò ipſa Martyrii laureola in maioris DEI glori
gratiam omittenda. Hic tamen annus non Chi
ſtianos tantùm excoluit; ſed & nouos Chriſto c
ues vnum & vicenos addixit, quorum aliqui ſub
pſis primi Sacramenti aquis recèns expiatum DE
ſpiritum reddidêre.

5. Magnam etiam ſpem futuræ meſſis aper
unt deſideria Siranagarenſis Regis, qui per datas
quotannis epiſtolas luculenter conteſtatur, quan
to Patrum noſtrorum iſtic videndorum, & audi
endorum deſiderio teneatur. Hoc anno, velut æ
mulo in re minori, Abagari Regis Chriſti effigien
expetentis voto, ſuis ad Noſtros nuntiis deſtinatis
per literas impensè poſtulauit, vt quando Noſtro
coràm videre atque audire ſibi necdum daretur
hoc demum deſiderio ſuo non negaretur ſolatij, v
quotquot Agræ degunt Patres, ſingulorum vulti
bus

us in tabella depictis, velut negatæ tantiſper præ-
ntiæ vicariis, frui poſſet.
6. Diſputationum concertatione tametſi ne-
ſo ad Chriſti fidem ſit inductus, magna tamen eo-
um de Societate æſtimatio illorum animos deuin-
t Noſtris, vno è Pythagoricis iſtic diſertè dicen-
: Nunc demum ſub ſole ſe nouum recepiſſe: ni-
irùm doctum ſine ſcholaſtico ſupercilio Philoſo-
hum. quâ ille modeſtiæ moderatione perſpectâ,
Miraculum! conclamauit.
7. At domi in funeſtâ duorum ex alumnis
hriſtianis nobilium adoleſcentum perfidiâ ſuæ
m iuſtitiæ, quàm miſericordiæ theatrum ac ſce-
am aperuit DEVS. His facinoroſi, & ad fundum
que perditi mores, quaſi proluſiones fuêre ad
hriſti numen cum Mahometo ſacrilegè commu-
ndum; eâ etiam ſpe incitatis, quòd hac veluti
laxia, tanquam per heroum viam, ingenti pede
gloriam ac opes lautas graſſari ſe poſſe ſpera-
nt; adnitente ad alterius genium etiam vanâ no-
is imagine, in qua illi ſomnianti obiecta ſpecies
ferebat, quomodo à Chriſto ad Mahometum, at-
e adeò ad copioſas theſaurorum & honorum o-
s tranſiſſet, ſomnio nempe operâ ſempiterni ho-
s ingeſto. Neque contra nefarium ſpei affluen-
torrentem niti ſatis poterant Patres, quippe
os illi proiectæ cupiditatis audaciæque iam ple-
, vnà cum Chriſto, alienatâ penitùs ab iis mente
iecerant execrati: vt verò eâ in ſcintillâ gliſcenti
od rei Chriſtianæ imminere ab illis poterat pe-

riculo prudenti tempeſtiuitate obuiàm iretur, clementiſſimam DEIparam, eius noſtræ colon præſidium, ac tutelam conuerſæ preces, & noue dies ieiuniis ac ſacrificiis præſtituti, vt illa perfi mentium illarum ferarum iras arceret, aut etia illos menti ac ſibi reſtitueret. Neque fefellit pr ces fiducia. Nam perfidioſiſſimis illis apoſtatis tu magnifico ad Præfectum vectis, cùm illi, p more, lætos ab illo amplexus, donaria, ſpes alta & mille, vt aiunt, glorias expectarent, omnia inf ſpem inuenêre. Auditâ enim prælicenter perfid que, ſed blandè, loquentium oratione, Præfect id quod erat callidiùs quàm illi dixerant interpr tatus, ad ſuos: His, ait, non religio, ſed lucelli ſp vt ad nos tranſirent illicium fuit. Et quæſito col re, confeſtim, ac vacui, & cum minore quàm a uenerant ſupercilio, ſpéq; imminutâ dimiſſi ſun Chriſtianis adoleſcentibus inuſtam nefariam ing nuæ Nobilitati notam, ſpéſque illorum euerſa obiectantibus. Certè illorum vnus cùm velut ſor norinæ, vt olim dicebatur, illius opulentiæ van tatem ſomnioſo illi videnti exprobraret, adieci Erit cùm ego te cibatu omni deſtitutum, oſtiati quod rodas quæritantem aſpiciam, adeò ſomnia illa tua tibi ſpes imponet, apoſtata helluo dignita tum. Et niſi Patres prohibuiſſent, ne Phinees qui piam in aliquorum pectoribus, ac manibus exa deſceret, perierant. Nam fuit zeli veteris plenus triumuir, qui vtrumque vindice gladio parabat medio in inferni abyſſum ad angelos apoſtatas

cruen-

ruentum detrudere. Ac mater quidem ſomnioſi
poſtatæ, deſertâ ſuâ domo, aliò mœſta conceſſit,
e ſacrilegi filii contubernio fœdaretur. Alterum
prores execratæ, ignominiam illi, verbera calceis
nfligenda minatæ, aiebant ſi domum reuerteret,
alceis exigendum domo. At quicquid hoc fuerit,
Noſtrorum tamen pectori altum id vulnus fuit,
trospicientium, quid perditi illi amiſerint, &
uid inde iacturæ in alios exire poſſit. Hoc tamen
olore ſauciis lenimentum ſuffecit DEVS, dum eo-
em quo duo hi defecerant die duo è Mahometa-
s ad Chriſti ſequelam animum adiecêre: & ſom-
oſi illius ſocius, qui tamen ipſe ſomnianti illi au-
or, & dux fuerat ad ruinam, poſita Iudæ perfidiâ,
táque indomiti animi ferociâ, diuinâ verè gratio-
illuceſcentis DEI luce perfuſus, ad mentē, & ad
hriſtum, ac Patres rediit, admirabili adorabilí-
ıe, ſed non inueſtigabili diuinorum arcanorum
ocumento, dum alter, & fortaſſe deterior, aſſu-
itur, alter in perfidia ſua relinquitur. Multis ex-
rimentis ad cauendam fraudem ſagaciter perten-
a reſipiſcentis fides, atque conſtantia, digna ve-
à & fide reperta eſt, cùm probra in ſuum caput
ndens, humi protentus, in lacrymis volutaretur
puluere: & rudi ſacco circumdatus, funem al-
um lumbis, alterum collo inſereret, promptus
quamuis pœnam. Mox peregrinabundus itine-
e dedit pedes ac mendicato vbique victitans: id
od in iuuene à ſanguinis claritudine, atque à
nii excelſitate inter præpollentes habito, nobile

ac æſtimandum fuit; accedente potiſſimùm gl
rioſâ illius patientiâ, cùm foris non agnitus & ſ
ſpectus, ac probris coopertus inurbanè ludificat
rideretur; & non fucatâ ſed ad ciendas etiam vb
res lacrymas fœcundâ oris exemplíque facundi
cùm de cadûcâ eorum, quæ æterna non ſunt, var
tate, ac futilitate præualidè peroraret. Iámque
ſtuantem dolore animum ſupremâ Sacramenti e
piatione parabat eluere, atque rectà ad Præfectu
adire, vt ſcandalum perfidioſè datum, forti Ch
ſtiani nominis aſſertione, palinodiâ, atque ad
pœnitentis animæ Chriſto ſacrificandæ, ſanguin
que impendio pulcherrimè redimeret, niſi maior
Patrum rationes manum illi æſtui, frænum conſil
iniecissent. At enim cùm tranſuerſum acti à ſ
ſomnioſi apoſtatæ irremediabili exitio, tanquam
perenni vulnere, foderetur; tranquillandi ani
causâ, eò curas vertit, vt cui deteſtabilis defecti
nis magiſter fuera, eum à perniciabili errore Ch
ſto redderet, velut ſacrilego furto ſurreptum: V
rùm ab illo petulanter irriſus, & porrò abeſſe i
ſus, hoc ſibi tantùm decerpſit ſolatii, quòd piac
lum tantum expiaturus, per eadem vrbis loca, q
olim ſuperbo ſacrilegio ſublimis eques apoſtata i
pleuerat, nunc ſordidatus, demiſſo ſuppliciter v
tu, ſacco funibúſque onuſtus incederet, ac c
gnum factum ſe videret, qui ab impiis contume
am pateretur. Suis denique doloribus altiùs int
beſcens, in proximo vrbi cœmeterio ſolitudini
addixit, vt ibi triſtiſſima vitæ ſuæ dedecora expi
ret.

t. Sed quia ij,qui eum ab illo viuendi tenore ad
nicam vitæ licentiam effæminare non poterant,
timum vitæ illius exitium machinabantur,à No-
is ad ſecuriora loca ſubmotus eſt. Priùs tamen
nnes anteactæ vitæ labes dolenter confeſſus, eo-
m pœnitentium cultu,in templo, die Dominico,
làm patrati ſcandali execrabilis veniam ſuppli-
er exorauit, & Bengalam cultiore veſte amictus
ſceſſit. Somnioſus verò ille ſua inter præcipitia
lutatus, cùm ad Gubernatorem ſecundò adire
cuperet, arceri ſe à cuſtodibus iniquiſſimo ſto-
acho tulit: ac tertiò tandem admiſſus, nihil de-
que honoris aut ſpei, ſed breuia & frigida verba
cepit; neque à Caziſiis,id quod honori ducitur,
d ab ignobili hominum manu circumciſus, vt
ætorem à ſe auerſum ſibi addiceret,mira in Chri-
anos, ac Noſtros potiſſimùm, literis mandauit:
d porrectus à P. Viſitatore ſupplex libellus à Præ-
cto perlectus famoſo mendacis Apoſtatæ libello
lem abrogauit; & Noſtris magnâ cum honoris
gnificatione dimiſſis, infelix impoſtor neque de-
ceps fidem inuênit,quicquid contra Chriſtianum
omen mendacii moliretur, cùm nec Prætor vlla
openſæ erga illum voluntatis ſigna monſtraret,
à Mahometanis paſſim infami mendacis no-
enclatione ac digito notaretur. Hactenus autem
chinno; tunc verò abominationi etiam omni-
s eſſe cœpit, quando nutricem ſuam Chriſtum
ſerere nolentem verberibus malè mulctauit, &
atrem verba impia proferre detrectantem impio

 calce

calce primùm auſus percutere, deinde pugione manu armatâ inſecutus eſt, Mahometanis ad deteſtabilem facinoroſæ ferociæ aſpectum cohorreſcentibus. Cæterùm quicquid ille inter Chriſtianos etiam venenum ſpargeret, ſtudio gloriæ colligendæ, nil niſi contemptum referebat. Demum tædio, egeſtate, omnium odio, ſceleribus coopertus, ac miſer, nec vlli miſerabilis, ad corrogandam ſtipem non ſemel ream impietatis manum porrexit, finitimos Agræ fines peruagatus; vſque dum & ſic feſſo Sarraceni cuiuſpiam miſeratio à Rege tenuem illi ſtipem in dies ſingulos eblandita eſt quâ vitam lentâ morte tabidam exili annonâ traheret ad finem, qui adhuc in arcanâ manu Dei late abſconditus.

§. III.

CALVMNIATOR A DEO punitus.

8. SEd & alius Apoſtata malo, quod alteri parabat, ſe induit, quaſi per pœnam talionis à Deo inflictam. Is per nefariam effrænatè calumniandi libidinem audax & potens, effecerat, vt Luſitani cadauer, quod iam ſepulchro mandandum, Noſtro exequiarum Comite, portabatur, biduo inſepultum iaceret, donec impactum ab apoſtata, Luſitano viro honorato & integerrimo ſcelus, quòd famulum interemiſſet, Luſitanus innocens inficiatione, ac alijs modis ritè dilueret. Hic ipſe

calum-

lumniator apoſtata hoc anno criminis neſcio
ius ſeu reus, ſeu ſuſpectus, ab ignominioſo vir-
rum ſupplicio domum relatus, triduum illi do-
ri ac ignominiæ rabioſè ſuperſtes, indignantem
imam eiecit, & DEO ſceleris in Luſitanum pa-
ati non oblito, in eâdem viâ, in qua olim Luſita-
, nunc ipſius etiam cadauer ſine ſepulturæ ho-
re biduo iacuit; vt culpam videatur pœna in-
dem veſtigio aſſecuta.

§. IV.

SACRAMENTA.

9. SAcramentum Pœnitentiæ, vt ne quis
in eius maieſtatem peccaret, magnâ in æ-
matione vt eſſet, enixè curatum. id quod adeò
iciter cecidit, vt quidam inter expiandum ani-
um intercipiente verba ſingultu, plus lacryma-
n fuderint, quàm verborum. ideóque expiatio
plures dies fuit proroganda.

10. Euchariſtici Sacramenti præpotentem
n experta eſt fæmina infami iuuenis cuiuſpiam
nſuetudine in ſordes lapſa. Hæc è conſilio Pa-
s, cui lubrica ſua pericula candidè aperuerat, fe-
in Angelico Euchariſtiæ myſterio ſuffugium, il-
cibo ad præmoliendas è ſordibus euadendi artes
n primùm refecta, inuênit: idque tam fortuna-
euentu, vt menſibus aliquot interpoſitis, cùm
ſacrum expiationis tribunal reuerteret, nullius
xæ mortiferæ conſcientiam ſecum attulerit. v-

bi cùm Pater igneum illum torrentem rabidæ vo
luptatis, tam repentinò ſiſti per vnam Sacramen
vſurpationem potuiſſe gratulabundus obſtupeſce
ret: Quid eſt,quod mirêre,inquit illa, me nunc a
liam ab illa,quæ fuerim.Ego verò magis id ſtupe
quî fieri poſſit,vt animum ſemel cæleſti illo Sacra
mento fideliter paſtum poſſit aliqua illecebra ſu
perare. In me certè præ vnico illius cibi delecta
mento antiqua illa illicia nihil ampliùs potuêre.

11. Atque huius etiam cibi virtuti adſcribe
re par eſt felicem illam voluntariæ famis patien
tiam, quâ nonnulli ad Eccleſiæ ſolenne ieiuniu
ex fide obſeruatum,alios 40. eſuriales dies vltrò ſi
bi ad ieiunium adiecêre.

12. Illud quoque ad Sacramenti huius digni
tatem huic populo crebriùs inculcatam, & ſimu
ad cæli Reginæ decus pertinet, quòd Neophyt
obſcœnis impuri dæmonis in humana ſpecie ſe
obiicientis artibus,ad nefarias blanditias variè vo
cata, & ne inflictis quidem ab illo verberibus vn
quam perſuaſa, tandem tyrannidem illam euaſe
rit, quando è ſacro Euchariſtici panis linteolo
quod à Chriſti Corpore corporalis nomen ſorti
tum eſt, fruſtulum collo alligauit, & illo amulet
velut contactâ Chriſti laciniâ, diram ſpectri laſci
uiam ita fregit, vt nocte proximâ dæmon in han
ita munitam nihil auſus, illâ prorſus omiſsâ, alte
ram Chriſtianam,quę huic ſacrum illud amuletun
obtulerat, manè rabiosè aggreſſus, horrendúm
que fremens, minaciter multa dixerit, quòd o

mnes

nes ſibi vires per illam ſacri lintei particulam
lemiſſet. At fæmina, cùm ad ſpectri atrocioris
pectum & minas tota contremuiſſet, in proxi-
am, quæ aderat, cæli Reginæ imaginem ſuppli-
bundos oculos mentémque conuertens, mater-
am benignæ Dominæ opem ſollicitè implorauit.
ec opem diſtulit fidelis Virgo. nam obſcœnum
onſtrum & minari mox deſiit, & videri. Ea-
ropter proximo die Dominico hæc vtraque dæ-
ionis triumphatrix, in templo cæleſti menſæ ac-
ubuit; & Filio ac Matri gratias egit, quàm am-
las potuit, agítque nunc etiam ſecura ab impu-
entibus illis inſidiis tenebrarum.

§. V.

SANCTORVM AVXILIVM.

13. IMago Virginis ab ea, quam diximus dæ-
monem coërcuit; iis quos dicemus, alij
ælites propitij adfuêre. Nam etiam hucuſq; por-
ecta eſt ſolennis ac peruulgata S. P. Noſtri fæmi-
as inter partûs diſcrimina iuuandi conſuetudo; id
uod non paucæ ſe expertas eſſe, ac S.P.Ignatij be-
eficiarias vnà cum prole ſe gratè fatentur. Bien-
em paruulum S. P. Xauerius voto inuocatus à di-
is calculi per 4. dies illum excruciantis doloribus
iberauit, ethnico medico attonito ac exclaman-
e: ſupra naturæ vires eſſe illud auxilium!

14. Nec alienos à Chriſti nomine dedignata
ſt Sanctorum benignitas, Etenim cùm iuuenis ido-

lis deditus, pretioſi vnionis iacturam afflicto ani-
mo ferret, Chriſtiani hominis dictis permotus S.
Antonij Luſitani honori eleemoſynam promiſit,
ſi vnionem reciperet. Caſum non ferè quiſquam
non ſtupuit, qui audiuit. Nam eâ ipsâ horâ in am-
plis arenæ ſpaciis inambulans mœſtus iuuenis, re-
perit eum, quem hactenus amiſſum deplorauerat
vnionem. Tum verò à rei admirabilitate lætitia-
rum plenus, beneficium prædicauit, & elee-
moſynam lubens, neque quicquam
cunctatus, in Sancti hono-
rem dedit.

NNVÆ PROVINCIÆ POLONIÆ

M. DC. L.

N Polonica Societatis IESV Prouincia hoc anno 1650. Noſtri 715: & ex his Patres 385. verſati ne.

§. I.

E IIS, QVI AD FIDEM CATHOLIcam traducti ſunt.

A Schiſmate partim, partim ab hæreſi centum quinquaginta tres reſipuêre: ac præter hos alij non pauci. Narrat Collegium Thorunenſe Schiſmaticos rebelles, Popis ſacriulis authoribus, à Regia Poloniæ Maieſtate intercis pactiones petiiſſe, vt ab iis oris, in quibus ipſi rſarentur, Societas abeſſe in perpetuum iuberer. At Cuiauienſis Nobilitas in Prouinciali comi propensâ erga Societatem voluntate commuque ſuffragatione decreuit, agendum eſſe apud egem ac Rempublicam vniuerſam intentiùs, vt oſtri ad eas partes, atque ad ſua imprimis domiia, quantocyùs reuocentur. id quod in publicis ſtea comitiis nuntij adeò impensè vrsêre, vt nil decerni voluerint priùs, quàm certi de Noſtro-

rum

rum in Vkrainam reditu redderentur. In Valcen
Reſidentiâ præter triginta animas ab hæreſi er
ptas, firmata vacillans fides plurium centenorur
E Iudęorum perfidia quindecim Chriſto luſtrati:
quibus Leopoli vndeni, preter alios triginta, q
hereſim cum fide Catholicâ commutauêre.

2. Gedani heretica mulier grauiore morb
proſtrata, cùm omnium eſſet egentiſſima, & tame
hereticus Miniſter viſitationis illi impenſę preti
exigeret, hominis auaritiam & fidem deteſtata
verę fidei ſe adiunxit, & obiit. Mortuę liberalite
parentatum. id quod aliis laudi, aliis etiam exem
plo fuit ad fidem.

3. Choynicij Caluiniaſſecla vxorem in ipſ
vitę ac mortis confinio Catholica ſacra comple
xam, tumulo mandare mortuam per dies aliquo
cùm nollet, eámque, noſtro Patre quodam adni
tente, à Catholicis ſepulchri honore honeſtatam
videret, fidem illam, quę fons eſſet iſtiuſmodi cha
ritatis, lętabili conſilio eſt amplexus.

Ibidem, eadem charitas pro face fuit ad viam
meliorem tredecim militibus peſte contactis, dum
in ſqualore illo miſerabili viderent Noſtrum ſtre-
nuè, ac velut ſitienter & auidè in omnes conſilia,
ſolatia, manus velut ancillares vſquequaque por-
rigentem.

§. II.
SACRAMENTA.

4. GEdani nonnemo ſe plus quàm ſexdenis
annis

nnis cum vxore hęretica, ſine vllo Sacramento-
um vſu inter inteſtinas domi & vxoris & con-
cientiæ rixas vixiſſe,ac apud Noſtrum demum per
nicam expiationem pacem domi ac foris pluri-
nam reperiſſe,lætè eſt gratulatus. Cæterùm matri-
nonia Ruthenorum, dominis quoque adnitenti-
us Breſtæ correcta non pauca. Illi enim heterocli-
is quibuſdam coniugiis ſuſcipiendis ſueti, alij
unt ſine vllo coniugio concubini, alij pulſæ, aut
ugâ elapſæ vxoris loco aliam domum ducunt.

5. Ad auguſtiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti
euerentiam & gloriam ſpectant, quæ addo. Cra-
ouiæ in Profeſſorum æde ferculum proponendo
ropalàm adorationi publicæ diuino Sacramento
eſtinatum, raro & Polonis hactenus vix fortè ſpe-
tato opere pretióque, è puro auro, adamantibus,
liiſque exquiſiti pretij lapillis eſt confectum.
Breſtæ autem nobilis fæmina veneficæ cuiuſ-
iam maleficentiâ eò adducta erat calamitatis, vt
iuas ranas,& viperas ex ore proſilientes effunde-
et. Hæc vbi petito à Patre quodam conſilio ac-
quieuit, in pharmaco immortalitatis Chriſti car-
nem ſoſpitam eſt experta.

6. Inter eos,qui ſupremâ in migratione adiu-
ti ſunt, videtur ille vir nobilis in Valcenſi Reſi-
dentia non tacendus, qui eo in ſtatu repentè à ſen-
ſibus alienus, interquieuit, & ſublatâ mox voce,
Percute, percute! inclamauit. Ad hæc turbo ter-
ribilis domum omnem repentè circumdedit, &
concuſſit. Æger ab illâ abalienatione experrectus

to-

totus contremuit. Sed à Patre, qui aderat, cont
ſpiritales nequitias, & frementem DEI atque an
marum hoſtem in ſpem erectus, terrore abſterſ
poſt dies aliquot quietam animam egit.

7. Sandomiriæ alius, vtinam æternas pr
craſtinationis pœnas non dederit. Aulicus is era
qui coorto quopiam tumultu, mortifero vulne
ſaucius, Noſtri accerſiti ab aliis & accurrentis, a
illi temporis puncto neceſſaria ſuadentis conſil
um, adeóque aſpectum aſpernatus, rem diſtulit a
extremum. Cùm ergo iam ſe in vltima nouacul
acie videret, vltrò ipſe Sacerdotem aduocari iube
quantocyùs. At mors prior appulſa eſt. Nam Sa
cerdote vix portam ingreſſo, & ægrum alloquent
dilatam peccatorum exomologeſim procraſtina
tor ille exequi non potuit, morte interceptus.
Nempe cùm poſſet, noluerat.

§. III.

DE CRVCIFIXO, ET BEATISSIMA Deipara.

8. IBidem licentioſus adoleſcens in matrem ætate iam & paralyſi grauem, ac ſaniora ſuadentem, verbis atque etiam manu impius, maternam ac diuinam iram vindictámque luculenter expertus eſt, funeſto per impiam corruptelam intereuntis adoleſcentiæ documento. Nam ad proximam iſtic Crucifixi imaginem conuerſus, exulceratus matris afflictæ dolor, amariſſimâ acerbitate

contra filium coram Chriſto querelas depoſuit, adiunxit: Faceret vindex DEVS, vt effrænis hic us filius, aut ſcelera breuì, aut ſi obſtinato per- tè moriendum ſit, vitam exueret. Eâdem horâ lminis illius vim ſenſit infelix adoleſcens, morbo atim correptus, & intra triduum ſine vllo Sacra- entorum ſolatio ab ira Crucifixi præcipitatus in ortem.

9. Iaroslauiæ prægnans fæmina in flumen lapſa, cùm ab aquâ raperetur, ſe imploratæ EIparæ ope propè littus delatam, & periculo tan- m defunctam Confeſſario narrauit. Poſnaniæ idam ſcelus deteſtatus, retulit ſe Angeli tutela- , ac potiſſimùm DEIparæ Virginis ductu ac mo- tis ad pœnitentiam venire, poſt ſyngrapham â iam opem inferorum contra egeſtatem dome- cam implorârat.

10. Thoruni die Beatiſſimæ Virginis ſine e conceptæ, cùm ſartor quidam, contra com- unem vſum pietatis, viro Nobili neſcio quid o- ræ ſuæ artis feciſſet, agnouit tandem ſe diei reli- onem violaſſe, quando adeò ſiniſtrè illi opus ſuc- ſſit, vt à viro illo, in pretium operæ malè naua- , ſit iuſſus auribus, naribus, ac manu mutilari. itio tamen per Noſtros exemptus, iuratâ fide af- mauit, ſe dies Beatiſſimæ DEIparæ conſecratos nquam profanaturum.

11. Sandomiriæ Sodales MARIANI hoc vſu rpetuo recepêre, vt Sodalitas in decurias, & bdomadas diſtributa, quauis hebdomada decu- ria-

riatos Sodales aſſignet, qui ad animarum in purga-
torio peccatorum pœnas expiantium leuamentu
ſua roſaria pertexant, ad opem diuinæ Virginis pr
illis animabus religioſè demerendam. Cæterù
ibidem Sichemienſis Virgo perſanctè colitur, & c
pulenter. Sodalium vnus argenteo anathema
huc deſtinato ſe deſperatam à medicis ſoſpitate
huius ope Virginis recepiſſe teſtatus eſt; alio qu
que non diſparem opem experto.

12. Leopoli quidam templum noſtrum ir
greſſus, noſtro Sacerdoti iſtic reperto dixit, ſi
cùm templum hoc præteriret, inuocato cæle
MARIÆ nomine, incredibili de peccatis dolore c
perfuſum. Se enim ad laxandas vltimæ iam egeſt
tis anguſtias funeſtum facinus animo & calam
deſignaſſe, chirographum deuotionis infandæ co
ſcripſiſſe. interea tamen dum dæmon in eo auf
rendo moras faceret, immanibus conſcientiæ cru
ciamentis vexatum, & facti anxium, de B. V. op
cogitaſſe: verùm à plurium iam temporum in
greſſu, occultâ neſcio quâ vi prohibitum, huc ta
dem penetraſſe, cæleſti Virgine inuocatâ; cuius
præſidio factum eſſet, ne & hinc arceretur. Ita
quanto horrore plenus intrauerat, tanto ſolati
perfuſus eſt, vbi deuotorium illud carmen, & pec-
cata omnia deleuit, pulcherrimæ ſpei plenus, &
DEI Matri gratus.

13. Ibidem ex iis, qui apud nos ad fidem ac-
ceſsêre, vir inter cataphractos per duodecenniu
vexillifer lætè fatetur, ſe ad fidei Catholicæ lucen

cæleſti

leſti DEIparæ veluti manu pertractum. Aiebat
im, & verò iureiurando interpoſito, globos
ımbeos Coſacorum, & denſum Scythicarum ſa-
tarum imbrem, quibus impetebatur, à corpore
vix leuiter delibato, nec nocuum, non ſemel
iliiſſe, cùm iterùm iterúmque in ipſo ardore
gnæ, ſe per ipſum auguſtum MARIÆ nomen æ-
rnùm fidei Catholicæ ac MARIÆ clientem fore
onderet. Venit, fide ſponſionis religiosè im-
etâ.

§. IV.

DE SANCTIS.

14. CAliſſii inſtitutæ die S. Barbaræ feſto con-
feſſionis præmium illud ſe tuliſſe narra-
t puella, quòd cùm aquarum impetu in molen-
num iam vicinum raperetur, IESVM ac MARIAM
clamans mortem euaſerit. Cùm enim ad ipſam,
æ circumagebatur, molæ rotam eſſet appulſa, ro-
diuinâ vi volui prohibita ſtetit, dum illa inde e-
pta ad noſtrum templum, ita vt petiuerat, du-
retur. Ibi euocato è Noſtris Patri cuidam: Tua,
quit, admonitio, Pater, quam mihi peccata con-
enti in feſto S. Barbaræ dediſti, me in vita reti-
it. Sic ergò periculo tanto ſuperſtes egit gratias
SV, MARIÆ, ac Barbaræ.

15. Cracouiæ Patres Profeſſi celebrem quot-
nis habent diem S. Roſaliæ Virg. Hoc anno ter
die ad populum dictum, concione confertâ, &

Sanctæ contra peſtem beneficæ vt opem experi
ita laudibus nunquam ſaturâ.

16. Sandomiriæ fæminæ longâ ægritudir
contabeſcenti, & vigili adfuit è cælo S. P. Ignatiu
& Ignatianum in Societatis templo ſacellum adi
illam iuſſit, ac videri deſiit. Illa ſolatii plena ita
valentem repentè reperit, vt Sancto parére conf
ſtim, & ſacellum eiuſdem in templo noſtro adi
ſtatim potuerit, & verò etiam adierit, rémque in
credibili grati ac læti animi ſignificatione narrâri
ad omnium qui ægram nouerant admirationem.

17. Caliſſii tres fæminæ (quas inter vna
quinto iam die) animam potiùs quàm prolem ed
turæ putabantur. adhibitis SS. Ignatii & Xaue
rij imaginibus, ſuperſtites ſunt enixæ, duæ mortu
am, vna viuam prolem.

18. Ibidem plurimi B. Stanislai voti religio
ne inuocati auxilio ab agone ad vitam incolume
rediêre. id quod S. Franciſci Xauerii patrocini
vſi nominatim quinque ſe feliciter etiam eſſe e
pertos conſtanter affirmant. Thorunii quoque Ec
cleſiaſticorum quidam cùm à phlegmate pectus a
fauces occupante oppreſſus animam ferè iam age
ret, chartam hiſce inſcriptam; *Beate Stanislae Koſ*
ka, ora pro me; pectori anhelo admouit, & mo
perruptâ viâ catarrho exitus datus, & ipſe à
ſuffocatione ad ſoſpitatem re-
diit.

§. V.

§. V.

De Variis.

9. E Iuuentute noſtra quidam æternorum deſiderio ſeſe in varia Religioſorum do- cilia tradidêre ad ſtipendia Sanctitatis. Nec ille endus Cracouiæ 23. annos natus, nobile caſti- is, & charitatis exemplum. Ibat ille, ſed rebus ouidenter ac ſecurè priùs diſpoſitis ad impuras pudicitiæ officinas; & quantum die vno ac no- vnâ lucri tuliſſent ſingulæ percontatus, tan- idem illis æris largiebatur, pactione ſimul initâ firmatâ, vt ab id genus dehoneſtamentis abſti- rent in totum tempus anticipatione illâ ab omni pudicitiæ iniuriâ iam redemptum.

20. Iaroslauiæ à Noſtris bis quotidie cibus ebitus propè centenis, quos dira fames egeſtáſ- e vrgebat: & tamen domi Oeconomiæ detri- nti nihil, nihil alienorum nominum acceſſit, ùm proſperè omnia ſuffecêre. Hîc dedimus; oſcæ verò áccepimus eleemoſynam. atque vt liothecæ ac æris acceſſiones taceam, quædam ſona in templum noſtrum quâ potuit liberali- vſa, narrauit ſe per quietem in templo noſtro fuiſſe viſam: ibíque à quopiam commonitam in c ferè verba: Vides ibi Sacerdotem in illa can- arum deficientium penuriâ ſacratiſſimo ſacrifi- operantem? ſenſit ſe moneri, & paruit.

21. Iam illud Lublini non inter poſtrema

ponendum: Incorruptam antehac Lublinenſis tri-
bunalis maieſtatem & Sanctitatem neſcio quæ co
ruptela non quidem interuerterat, ſed iam in qu
piam ea nonnihil laborabat. Noſter Concionat
pro ſuggeſtu rem prudenter vt aduerteret rogat
à conſcijs, ita dixit laudando potiùs bonos quàm
exaſperando culpæ obnoxios, vt tamen in ingen
& publicum aliorum odium adduceret eos, ad qu
aliqua ſeu culpæ, ſeu ſuſpicionis fortè pars pen
trârat. Ergò altero die, Regni Iudices, in ipſos ſu
collegas culpę fortè affines perquiſitiùs introſpic
re, nunquam iſtic audito hactenus æquitatis etia
in ipſum Collegium Senatorum armatæ docume
to. Res in frequentiſſimâ coronâ à iurisſapienti
ſimis acerrimè diſceptata: ac tandem pronunti
tum ex æquo. ídque adeò integrè, ac ſeuerè, vt c
lebris vox fuerit, eo die factum nobile quiddam
Polonia, quod hactenus iſtic nulla retrò ætas aſp
xerit, nulli annales, ephemeridéſue meminerint.

§. VI.

ELOGIA VITA DEFVNCTORVM.

22. Bidgoſtiæ Calendis Iunij *P. Bartholomæ*
Paprocki, & Breſtæ 6. Ianuarij *P. Caſpa*
Laukovvski Collegij Rector diem vltimũ finiuêr
ille docendo, & ad concionem dicendo, ac ſincer
quodam candore præcipuus: hic verò magnæ i
calculo, ac tetro carcinomate patientiæ, atque

mune-

muneris inter difficillima tempora benè geſti laude præſtans.

23. Caliſſij deſiderati è numero Collegarum P. *Sigiſmundus Croth* 23. Decemb. & ante hunc 20. Maij *Thomas Proſſevvicz*, iuuenis de ſupremo die in Societate perſeueranter finiendo apud Matrem DEIparam ſemper ſollicitus, eiúſque laudator, & cultor eximius. In quo etiam excelluit P. Sigiſmundus, qui 4. vota profeſſus, manſuetâ quadam innocentiæ placiditate, ſilentii ac verborum ſuauitudine charus fuit, etiam cùm Collegia gubernaret. Quotidiano ſacrificio, tanquam viatico, præmiſsâ conſcientiæ quotidie expiatione, vtebatur. Ne his tertius quidam accederet, S. Michaëlis Archangeli præſenti auxilio acceptum ferunt.

24. Cameneci anno incipiente viuere deſijt P. *Adamus Pomianovvicz*, mite planè etiam inter litium ac fori turbida ingenium. Deinde *P. Martinus Brelius* conſcientiâ tener, diſciplinæ retinens, vtroque ex capite amatus omnibus. Denique *Stanislaus Platkovvicz* Coadiutor form. ætat. 42. Religioſæ vitæ 17. anno, in obſequio infirmorum hauſto peſtifero halitu pretioſè finiuit vitam.

25. Cracouiæ in Profeſſorum Domo 16. Ianuarij laborandi ac viuendi finem inuenit *P. Ioannes Przeuorſcenſis* Anno ætatis 77. Societatis 60. magno ſenſu à celebri ſæpè concione auditus atque laudatus: Sanctimonialium per ſpiritualia exercitia peritus magiſter, & diſciplinæ apud illas religioſè amandæ ſequeſter. Immaculata illi, mode-

ſta, & ſincera ſenectus, tacendi ac orandi ſuauiſ
ma conſuetudo.

26. Eodem die illi acceſſit Premisliæ *P. Io*
nes Stephanides, Anno 1617. Societati adiunctu
Is ætatem docendo, & regendo duxit, magnâ ſe
per ſerenitate vultûs & vocis, gratiáque agen
quâ etiam quidam à religioſo propoſito retrò
ſpectantes, ne aratrum deſererent, ſe retentos
ſtati ſunt.

27. Cracouiæ 29. Sept. *P. Iacobus Koſnin*
vbique de domicilijs noſtris benè meritus.

28. Gedanenſes duo ſublati: *P. Stanisla*
Plaſtkovvski miſſioni nauiter intentus, & à F
Carthuſianis ſepultus. Item *Iacobus Normter* C
adiut. ſenex in mortem ſemper intentus, & ab i
in ipſa ſui muneris functione occupatus.

29. In Choinicenſi Reſid. obijt 25. Apr
M. Ioannes Rogier Prutenus, iuuenis promptâ e
ga maiores reuerentiâ, erga diſcipulos dexterita
erga cælites religione. Luceoriæ 6. Aug. *Andr*
Kapuſzevvicz Coad. ſuæ in natando peritiæ imm
dicè fidens, Styro fluuio merſus, vir ad labores id
neus ac diligens.

30. Poſnaniæ *P. Iacobus Golemovvski* è The
logiæ Profeſſore Eccleſiaſtes, & plurium Coll
giorum Rector planè religioſus & ſolidus, ac fo
ma gregis ex animo. Romam, vbi in Societate
adlectus fuerat, Procurator miſſus, poſtea fluxâ
nio mente, pietatis & obedientiæ quàm mentis
tinentior, conceſſit vitâ 30. Octob.

31. Pre-

31. Premisliæ magnam ſuî laudem reliquit moriens 24. Iulij P. *Premislaus Rudnicki*, illuſtri omo, & animi, corporiſque dotibus à ſuis inter naximos habitus. Puer in Germania dum literis operam daret, ab hæretico poëticæ laureâ prætunido prouocatus, dicitur in corona Principum eus laurum victoriâ occupaſſe. Romæ Anno 1607. ocietati ſe adiunxit, & in Philoſophia, Theoogiáque diſcendo, in politiore literaturâ docenlo ingenij laudem tulit: in Poloniâ poſtea de eâlem, ac de Philoſophiâ, Theologicáque vtrâque, léque Ruſſiæ miſſionibus egregiè meritus, Colegijs per annos 12. gubernandis, atque adeò eudiendæ per decennium Regiæ Sigiſmundi III. proli, laudatè ſeſe impendit. vbi adnitente Rege vt Regni Primas eſſet, admonito prouidenter P. Societatis Præpoſito Generali, Archiepiſcopali inſulæ religioſum caput cautè ſubduxit. Suſpexit, & gratulata eſt Polonia, illius felici ad diſputandum ngenio, cùm alijs non contemnendæ notæ viris, um verò ſenatoriæ quoque purpuræ nominibus exemptum eſſe errorem, ac perſuaſam Catholicam veritatem. Prouinciæ præfuit cum tanta laude, quantâ cum expectatione illi fuit præpoſitus, id eſt, ampliſſimâ. Nec inferiora ferè ijs, quæ præclarè geſſit, paſſus, probauit virtutis duratæ neruum ſolidum: & ad calamorum atque linguarum maledicentiam acuit innocentiâ ſtudium heroicum patiendi. In arduis quid eſſet agendum oſtendit, quando in re difficili publicam cum Collegio co-

ram Chriſto in Euchariſtia pro aris expoſito,
diuerberationem adhibuit. Ab vrbe à Comi
Patrum reducem, modicum in pede vulnus ex
cuit, dum in ſacrum ignem erupit. qui ne gliſc
ret, ſectione itum obuiàm; quam ille, obſtupeſce
te chirurgo hæretico, robuſtâ patientiæ laude t
lit fortiſſimè: id quod etiam aliàs in illo ſuſpex
re, cùm tumor illi quiſpiam ſub genu ſecaretur
Flagra, & ſæpè ſubiectam terram, ac parietem qu
tidianâ ſuî verberatione cruentabat. Moriens
Crucifixo, & cæleſtis Matris ac Dominæ noſtræ
coni vltimùm oſcula, lacrymas, & demum de-
uotam ſemper animam tradidit, rarum
ac illuſtre documentum præſtantis
tam ſcientiæ, quàm vir-
tutis.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ RHENI INFERIORIS,

M. DC. L.

OMnes quos hoc anno 1650. hæc Prouincia ſuos cenſuit, fuêre quadringenti nonagenta tres: è quibus 264. Sacerdotes, quos partim literariæ, partim ſacræ domi ac foris operæ, ac expeditiones variæ tenuêre. Prima laborum pars fuêre

§. I.

HÆRETICI ERROREM DEDOCTI.

1. FVêre hi quinque ſupra ducentos: nam complures illos, qui nullo certo numero ſunt adſcripti, extra numerum relinquo. Padebornæ item Iudæus, Bonnæ autem Anabaptiſtica puella Chriſtum induit in Baptiſmo. Atque in hoc anilamarum quæſtu Monaſterienſium Beatiſſimæ Matris Sodalium ardor ſalubriter ſe foras exporrexit, dum eorum adniſu duo ab hæreticis tenebris euoluti, & in admirabile Catholicæ ſanctitatis lumen ſunt adducti. Etiam ex infami hominis è ſutrinâ Dantiſcanâ perſonati mendacio, remedium ipſimet concinnauit, arte ſuâ vſa diuina benignitas. Sutor hæreticus Dantiſco hoſpes Coloniæ, vltra alutariam crepidam peregrè ſapere dum inconſultò vel-

let, ſéque medicum eſſe iactaret, vt ex infamia no-
ſtra famam obſcuro ſuo nomini colligeret, iacta-
ter ſibi, fœdè in nos mentitus eſt, ſe à Noſtris a
morbi cuiuſdam è ſceleſtâ causâ maculam trahen-
tis curandam fœditatem adhibitum. Et placuit in
puratum commentum; iámque ſerpebat cum fa-
mâ vſque ad ſincerorum Societatis amicorum au-
res perlatâ, quæ illos ad iuſtam bilem, ad commiſ-
rationem, denique ad neceſſariam ereptæ fam
vindictam permouit. Detruſus in vincula fuit
medicus, primùm liberâ inficiatione ſalua fore o-
mnia opinatus, negabat ſe illa dixiſſe. At clarâ plu-
rium teſtificatione perterritus, in genua prouolu-
tus, & lacrymans dixit, ſe de Ieſuitis enormia ill
dæmonis inſtinctu, ductúque finxiſſe. A Societat
pro homine impensè iſtic laboratum, vt ne qui
acerbius pateretur famæ alienæ reus; & effectum
demum, vt libertati ac ſuo muneri redderetur. quâ
ille re tam altam de Societate, atque adeò de Ca-
tholicâ Eccleſiâ tantæ virtutis altrice opinionem
exiſtimationémque concepit, vt in Eccleſiæ gre-
mium volentiſſimus conuolârit, factus è filio pa-
tris mendacij diſcipulus veritatis.

2. Hildeshemij puella è Scotia oriunda ipſo,
quo in maternum Eccleſiæ amplexum conceſſit,
die, incredibili ſe hilaritate delibutam experieba-
tur, cui verbis explanandæ ac velut exhauriendæ
cùm par non eſſet, adoleſcenti hæretico domi ver-
bis appoſitis author fuit, vt ſi & ipſe illa intima-
rum deliciarum delectamenta perſentiſcere cupe-

ret,

et, abiectâ hæreſi, gaudium illud magnum ingre-
di ne moraretur. Ille occulto quodam inſtinctu di-
uinitatis mox effuſus in genua, radium à DEO cæ-
leſtis lucis petiuit, vt errorem, ſi in quo verſaretur,
videret, atque exueret. Illuxit menti candidæ li-
beraliſſimus luminum Pater, & ad Noſtrum, velut
ad Ananiam, vt adiret interno monitu iuſſit, ad
hauriendum ab illo integræ dogmata veritatis. Id
quod ille dum ageret, ſororem etiam ſecum addu-
xit, lucis & gaudij futuram teſtem atque partici-
pem. At mater, vt raptis catulis feræ ſolent, fu-
renter aduolauit, vt ſuos ab ea, quam ipſe deſerue-
rat, fide acriter prohiberet. Verùm tantâ cæleſtis
allocutionis felicitate illam Noſter in præſentia
lucra totus iam hians deliniuit, vt ſacrilegas ſuas
tenebras, & laqueorum plenam hęreticorum com-
mentorum abyſſum, ſuis acerbè illacrymata erro-
ribus damnauerit, eò vberiore gaudio cumulatiùs
perfuſa, quò lętior introſpiciebat felicitatem ſuam,
quòd cum iis vitalem hauſerit lucem ſacratiſſimæ
veritatis, quos ipſa in hanc mundi lucem cæcę ſu-
perſtitionis rea mater effuderat.

3. Embricę agreſtia quoque ingenia rudi-
mentis fidei ad ſanctam indolem erudita, velut
igne concepto latiùs porrigunt catecheſin. Certè
is fuit ardor in puellâ villici cuiuſpiam filiâ, vt in
omnem fidei ægro cuidam adoleſcenti perſuaden-
dę anſam intenta, illi argumentis in Catechiſmo
auditis veritatem, & explicuerit, & perſuaſerit.
Obſtabat mater impendiò peruicax, at illam pru-
dens

dens puella dolo bono foras pellectam, adeò de
trè tenuit occupatam, vt Noſter clam illâ ad ægr
ingreſſus, illum omnibus ad mortem piè obeu
dam neceſſariis abundè inſtruxerit, & ægrum, fel
ci puellę ſtratagemate adiutus ad æternam fid
lium vitam tranſmiſerit.

§. II.

MISSIONES, CATECHESES.

4. E Colonienſi Collegio illa fuit ferè cel
berrima miſſionum, quâ Reuerendiſſ
mus D. Suffraganeus Noſtris in operę partem acc
tis, templa, campanas, altaria, parochias, poſt nu
peram deſolationis abominationem, veteri reli
gioni, ſanctitatíque reſtituit. vbi 30. circiter ho
minum millibus pro ſacro Chriſmate ſuſcipiend
per catecheſes, & exomologeſes prępar andis, com
pluribus etiam Euchariſtico alimento reficiendi
fuit alacriter, neque citra ſudorem & gaudium, in
ſudatum. Sed & aliàs apprimè Collegio illi cord
fuit ea, quę vniuerſę Societati maximo in pretio eſ
rudium inſtitutio Chriſtiana: cùm Noſtri ex illo
Collegio eam in rem egreſſi, Catechiſmo centum
facilè parochias obierint, & luſtrârint.

5. E Treuirenſi Probationis Domo fœcunde
operę tanto pij laboris pretio in ſuburbana exi
bant, vt in ea quę ad Carthuſiam habebatur cate-
chetica concione, Noſtrum de profundis Chriſti
patientis cruciatibus, & ferendis eius amore ac

imi-

itatione preſentium temporum ærumnis appo-
è differentem, coorta vniuerſę concionis com-
oratio ceſſare à dicendo coëgerit. Et è concione
onnemo, frumento, ac omni pecore ſpoliatus,
oque deſperationi propior, cordatâ illâ dictione
ntum ſe purę lucis accepiſſe confeſſus eſt, quan-
m nunquam incolumi ſuę fortunę proſperitate
iſſet expertus. Eapropter licèt luctantem inter
ltima egeſtatis animam vix retineret ſuæ fortunæ
olenter memor, aiebat tamen velle ſe omnem
onorum iacturam cum gaudio ſuſtinere, & illam
DEO ac DEI Matri, holocauſti inſtar, offerre.

6. In Tremonienſi Miſſione haud vulgaris il-
pro DEI gloria in Societatis honore augenda fu-
accesſio, quando primipilus quidam è Satanæ
ynagogâ à Noſtris linguarum ſacrarum prom-
tis, Hebraicè, Græcè, Latinè, inter legendum ac
nterpretandum diuina, argumentorũ item vi, ve-
t inſerto & obtorto in laqueum collo, hiſtriona-
is holophanta, in profunda rerum ignoratione
alàm deprehenſus, & ad incitas gloriæ hactenus
actantiùs oſtentatæ redactus, ipſorum etiam ad-
erſariorum ſuffragatione, rudis hæſitantiæ, vſque
d luculentam inſcitiæ notam reus poſtulatus, ma-
gnam Catholicæ religioni authoritatem, magnum
Societati, apud multos amorem, apud omnes no-
nen conciliauit. Cùm verò ibidem conſul hære-
icus præclara probati exempli decora videret, lau-
laretque in Noſtris, & eadem in ſuæ ſectæ Rab-
inis fruſtra requireret, illos in ſenatûs domum
euo-

euocatos de modeſtiâ, de ſympoſiis, de libris ad monuit, atque vt ad Noſtrorum exemplum ſuæ vitæ rationes componerent, imperauit.

7. Ibidem in foro ante excubias publicæ quotidie preces inſtitutæ, publicis etiam hæreticorum lacrymis ſunt laudatæ. Ad fidei verò incrementum ſyllogiſmis potiora ſumus experti argumenta charitatis apud ægros, & eos, qui capitis rei ad ſupplicium ducebantur; clarâ teſtificatione affirmantibus etiam heterodoxis, quàm diſpar ſit Noſtrorum, & miniſtrorum ſuorum conditio, vel ex his, quaſi characteriſticis inſignibus charitatis. In Marchia verò cùm etiam Catholici dicerent ſe nunquam exiſtimaſſe Ieſuitas eſſe Catholicos, adeò cum eâ notitiâ increuit habendæ iſtic Societatis deſiderium, & gaudium, quòd illos viderent audiréntque, vt in omnem partem ſua vota verſauerint, quî tandem fieri poſſet, vt Societatis ad vicinitatem iſtuc adducendæ quæpiam ratio iniretur.

8. In Falckenbergenſi miſſione quædam è Caluini conciliabulo mulier, cùm ceream agni benedicti effigiem pro ſuo paruulo poſtularet, miranti & cauſam petenti Noſtro, experientiâ ſe didiciſſe, reſpondit, rem aliter, quàm ſui dicerent, ſe habere. Nam nuper ægro ſuo filio ſe ceram ſacram pro ſanitatis amuleto appendiſſe, præſentiſſimo emolumento redditæ incolumitatis: eundem nunc ſacrâ illâ cerâ fortè amiſsâ, vſque ad oſſa tabidum deficere.

§. III.

§. III.

SACRAMENTA.

9. PAdebornæ ruſticulus vt primùm ad ſacram exomologeſin peragendam perotus eſt, deſiit deſperatis conſcientiæ furiis innire; cùm antea ob puellam, quam in pœnam eleris ducere cogebatur, nunc è ponte, nunc è cto prærupto præcipitium, mox adacto in turbiım pectus cultro mortem præ nuptiis meditaetur.

10. Embricæ craſsâ, & ferè non illepidâ ignotionis nube tandem euolutum capulare ſilicerium: cui cùm Pater author eſſet, vt vniuerſas ngæ vitæ labes confeſſione abſtergeret; Age orrò, reſpondit ſenex, itáne verò, tu, qui me ad æc intentiùs adhortaris, omninò exiſtimas, poſſe ie, qui iam ſemel hoc Sacramentum vſurpârim, ild citra nouæ noxæ religionem iterum iterare? ffirmante id liberaliter Noſtro, addidit: ſe enimerò id hactenus penitus ignoraſſe: Deinceps verò, inquit, tuâ id fide audebo.

11. Düſſeldorpij quidam Romanæ peregriationi ex voto accinctus, Noſtro narrauit, ſe vo- i negligenter oblitum, inter precandum commoitum. Oblatam ſibi tunc veluti Monachi religioo cultu inſignis effigiem, quæ quartâ ferè horæ arte precanti adſtans, enarratis occultis quibuſam voti circumſtantijs, acriter perurgebat Roma-

num

num iter. aliàs preces irritas fore, niſi Romano vi
to per ſocordem procraſtinationem neglecto fi
ret ſatis quantocyùs. Eo ſe viſo permotum dic
bat Düſſeldorpium ad nos aduenisse, vt abiectis
ſtic peccatorum impedimentis pium iter expediti
adornaret. id quod & præſtitit.

12. In miſſione Hamburgenſi populum a
piam Sacramentorum frequentationem non pa
rùm incitauit, & noſtros pro miſericordiæ tribu
nali labores animauit diuina bonitas hoc exempl
Ineunte hoc anno 1650 inter confertiſſimam po
puli panegyrim adfuit etiam alutarius. Hunc po
percepta ritè diuina Sacramenta ad ſuos reuerten
tem, & ſcaphâ vectum coorta repentinò fœda tem
peſtas, euersâ ſcaphâ in aquas euertit; & cùm tur
bo reliquos omnes aquis inuoluiſſet, ac tumulaſſe
hunc vnum vnà cum puero incolumem emerſiſſe
diuinæ opis, ac Sacramentorum perceptorum pre
tium fuiſſe communis omnium interpretatio. af
firmauit.

§. IV.

BEATISSIMA VIRGO DEIPARA, eiúſque Sodales.

13. COloniæ fæmina inter ſtipem per naues
colligendam, vnà cum paruulo, quem
ſinu fouebat, delapſa in fluuium, & vi aquarum ra
pidè ſub maiores naues delata, catecheſis nupera
apud nos auditæ in illa etiam conſternatione re
corda-

cordata, cùm ibi audiſſet magnum ſæpè in ſubitis caſibus fuiſſe præſidium DEIparam Virginem implorare, ſenſit id ſibi leuamento fuiſſe. nam dum auxiliatricem Virginis opem imploraret, à nautis discrimine vnà cum paruulo eſt exempta.

14. Padebornæ ſupremo ſupplicio addictum Lutheri aſſectatorem feliciter ad mortem Noſter diſpoſuit. Narrabat hic palàm quiddam, quod ad Beatiſſimæ DEIparæ videtur reuerentiam pertinere. Aiebat enim ſe iam olim in MARIAnam ſtatuam manus ſacrilegas inieciſſe; atque ex eius collo detractum velum, ſuo collo, nobile ſacrilegij anathema, circumdediſſe. Verùm, tam luculento & abominando vlcerum colli nuda vſque ad humeros exulcerantium genere ſe totum fuiſſe coopertum, vt nouitate ac diritate ſuâ omnibus horrori fuerint, ac ſtupori, dicentibus paſſim omnibus, adeò enorme vlceris genus à ſe nunquam hactenus oculis vſurpatum. Tum ſe voto concepto decreuiſſe, quòd in DEI Matrem nunquam impius eſſe vellet. A voto tumorem quidem ac vlcera euanuiſſe, verùm pœnæ veſtigia in fœdis cicatricibus permanſiſſe.

15. Aquiſgrani virgo, cui per annos plures afflicta, & nuper nouo infortunio etiam luxata manus pendebat pondus inutile, Noſtri hortatu, aræ MARIAnæ ſuppliciter aduoluta, poſt fuſas preces, votúmque nuncupatum, neruos laxari, vigorem redire in manum ſenſit, ſoſpéſque ſurrexit.

16. Ibidem Sodalis, ciuis primarius, cum Religio-

ligioſis duobus iter habebat: in quo cùm ſe in im
minenti latronum periculo videret, primùm ext
meſcere, mox memor eorum, quæ in Sodaliu
cœtu audierat, ſe, ac eam quam ferebat pecunia
tutelæ Virginis, voto etiam addito, commenda
inſtitit. Et meretur admirationem, quòd latrone
hunc & præſentem, & timidum, neque armis tue
ſe valentem, ſeu non viderint, ſeu diſſimulant
omiſerint, totíque in duos illos Religioſos co
uerſi, ab illis quam poterant prædam retulerint.

§. V.

SANCTI.

DE S. SERVATIO.

17. AQuiſgrani S. Seruatij febrientium ſo
ſpitatoris cultum in ſacello noſtro ce
lebriorem fecit, præter alia, etiam viduæ, ac filia
malignâ, vt vocant, febri æſtuantium ſoſpitas, vo
to ad S. Seruatium nuncupato feliciter conſecuta

DE S. P. IGNATIO.

18. AScetico S. P. Noſtri libello, colligend
ſui causâ, ſe exercuêre viginti quinque
nam illos taceo, quorum mentio incerto numero
eſt confuſa. Etiam ij, quos noſtræ Scholæ, præte
Societatem, aliis Ordinibus dedêre, fuêre deni
longè plures. Prægnantes verò, & variam S. P.

Igna-

gnatij opem expertæ aliæ, tot cenſentur, vt licèt
numerus taceatur, tamen quædam Collegia plu-
es, alia plurimas fuiſſe perhibeant. Verùm inter
ngularem S. Patriarchæ noſtri beneficentiam ex-
ertos, duo potiſſimùm fuêre Coloniæ Agrippinæ:
uorum alter blaſphemarum, & aliarum id genus
ogitationum inquinamenta, turbidáſque imagi-
es biennio propè toto perpeſſus, implorato Igna-
j adiumento, adhibitâ item luſtrali eius aquâ &
pſanis, ac inſtitutâ plenâ totius vitæ in ſolidum
xpiatione, ſerenâ iam quietæ mentis luce per-
uitur.

19. Alterius integerrima, & pudentiſſima
iens, per menſes plures probroſâ phantaſmatum
rocacitate obſcœnè iactata, etiam à ſpectris tur-
ibus, atque adeò ipſo ſpurciſſimo dæmone incu-
o coràm adſpectabili ad obſcœna tactionum inui-
batur, importunitate tam lamentabili, vt ne in-
erſpirare quidem poſſet ab illa colluuie cogita-
onum. Interſpirauit verò tandem, ac pacatè re-
irauit, cùm affixa caſtiſſimo conclaui S. P. Igna-
j imagine, lectum luſtrali aquâ luſtrauit ſæpiùs,
: aquam eiuſdem Sancti lipſanis expiatam bibit.
Iam tunc oculis tantùm viſus, cùm ab acceſſu
rceretur impurus genius, tandem ſenſim & ipſe
biit, & ſuas ſecum imagines ac turbines impu-
tatis, veluti nefaria iniquitatis vaſa, collegit: &
udica illa mens Ignatium tranquillæ ſuæ caſtimo-
iæ aſſertorem lætabili gratulatione pudiciſſimè
udauit.

20. In Miſſione Falckenhagenſi fæmina Ca
tholica, cùm videret mercaturam, quam facieba
à raro, imò nullo emptore lucroſam reddi, voti re
ligione ſe obſtrinxit, ſe, ſi fortunā ſuam quæſtuo
ſiorem experiretur, S.P.Ignatij imaginem, in deuo
ti erga illum animi teſtificationem, è collo appen
ſuram, idque in omnem vitam. Ipſo voti nuncu
pati die promercalia tanto ementium affluxu em
cœpta, vt attonita ſtupuerit; & quæſtuoſiſſimum
ſibi etiam deinceps hoc votum fuiſſe, voti rea fide
lis agnouerit.

21. Huc etiam retulerim S. P. Noſtri, ac So
cietatis amantiſſimam, & Colonienſis Collegij li
beralem Matrem, Dominam Idam Schnabelian
viduam, quæ vt S.P. Ignatij quoquo modo imita
trix eſſet, puellarum Sodalitatem per annos 40
feliciter gubernauit. teneram erga Societatis inſti
tutum, & perſonas propenſionem etiam aliis per
ſuadere impensè conata; iis potiſſimùm, quas a
ceticis S.P.Noſtri exercitationibus domi ſuæ inſti
tuebat. Sacratiſſimi Sacramenti, (quod erat vni
cum Deo deuotæ ſuæ orbitatis ſolatium, & glo
ria) hierothecam prægrandem curauit; ac tan
dem (id quod inter potiſſima eſt) poſtea quàm
duos ſuos filios in Societate ſub S. P. Ignatij ſign
tranſiſſe læta conſpexit, oculos hilarè ac piè clau
ſit. cùm verò ſe ad migrandum componeret, Co
lonienſi Collegio, charo ſuo ex aſſe hæredi, omni
ſua ritè tranſcripſit: Noſtris viciſſim maternam be
neficentiam largâ per ſuffragia remuneratione a
ani-

nimi grati viciſſitudine proſecutis.

§. VI.

QVÆDAM DE VENEFICIIS depulſis.

22. MAtremfamilias quidam dæmonis conti-nui peſſimis artibus malè vexauerant. eminam illi prolem in vtero, geminam item iam atam obtorto collo extinxerant: ipſam ad oſſa ntùm, ſupremámque cutem redegerant; cùm aderbornenſes Noſtri, re intellectâ, conſueto Ec-leſiæ more domum ritè ac feliciter expiarunt.

23. In Xanthenſi Reſidentia octennem par-ulum, colligendis in agro ſpicis intentum acce-ens mulier flatu venefico ita perſtrinxerat, vt in-erdiu ſæpiùs profligatâ mente abductus à ſenſibus, iſerabili menti trementis commotione, ac lin-uæ celerrimâ volutatione, gemitu tantùm atque onfūſo eiulatu teſtaretur, ſe nec loqui poſſe, tor-ueri tamen miſerrimè. Iam octo diebus euolutis, ullum adhuc malo erat remedium, aut leuamen-um: donec Noſter conſuetis Eccleſiæ exorciſmis em è voto confecit, ac puer proſperè totus reua-uit.

§. VII.

DESPERATI AD SPEM ERECTI.

24. IN miſſione Lubecenſi quidam, ſpei omnis inopiâ, ſe iam dæmoni ſanguinariâ ſua teſ-

ſerâ tranſcripturus, ab eâ mente ad ſpem ac melic
res molitiones traductus eſt.

25. Coloniæ tres fæminæ per certa deſpera
tionis abrupta iam præcipites in ruinam, ad ſp
anchoram reductæ. Earum vni magno ære alien
preſſæ ſubſidium offerebatur, ſi DEVM, ac DEIpa
ram ſua ſibi habere iuberet. illa ad inopinatæ im
pietatis nomen attonito horrore ſtupefacta, eme
sâ demum ab ſtupore mente, vocem illam nefar
am execrata, vicit illa tunc quidem hoſtem; at cùn
ſuo malo ſpes nulla lætior affulgeret, iam ibat, vt in
felices curas, & ſe tantis nominibus obæratam
Rheno mergeret. Verùm in ipſo necis nefariè ſib
conſciſcendæ itinere, diuino ductu in Noſtrum in
cidit: cui ſuas intemperias vbi expoſuit, nouo qua
ſi radio ab ijs, quæ ille velut ex oraculo fundebat
perfuſa, & in vitâ retenta eſt, etiam conſcientiâ pe
omnes vitæ rationes examinatâ & perpurgatâ.

26. Alius à ſponsâ, cui turpiter aſſueuerat, i
deóque bonis omnibus euolutus fuerat, deſertus
in ſylua, in ieiuno ſilentio triduum egerat, cùm
Coloniam redeuntem ſponſæ vox aſſecuta eſt ve
nientis, & ecquid tandem infame in ore vulgi lu
dibrium eſſe pergeret, quin potiùs breuiora mor
tis facilis, & expeditæ conſilia prudens capeſceret
percontantis; tunc egeſtatem exaggeratè incul
cantis, ac ſuam illi blandè operam offerentis, vt a
nimam fame languido ac ſemienecto corpore ar
bori proximæ appenſus excluderet: ſe denique fi
nituri tot ærumnas ſuſpendij triſtem ſociam vete

rato-

atoriè offerentis. At iuſſit fidelis DEVS etiam in
enebris audientis hæc Ioannis (id viro nomen)
imen ſplendeſcere, cùm ille terrore perculſus,
ESVS, inquit, *me protegat, vt ne tanto ſcelere me
ſtringam.* Euanuit eâ voce peſſundatus genius
ultu ac voce ſponſæ indutus. Ioannes verò totis
rtubus miſerabiliter contremiſcens ad Collegi-
m Coloniam contendit, ac totam feralis rei ſe-
iem inter ægrè tertiata verba narrauit. Mox cura-
us pœnitentiæ ſacramento animus, abſterſæ cu-
æ, corpus à longâ fame ac timore, cibatu refe-
tum. datæ illi ad Satrapam commendatitiæ, vt &
ua quæ perdiderat, & ſponſam ritè matrimonio
ibi iungendam reciperet.

27. Etiam Düſſeldorpij quædam rabioſis de-
perati animi æſtibus propè abſorpta in ſacro pœ-
itentiæ tribunali à naufragio emerſit. Aiebat illa
e illò DEIparæ Matris ope inſtinctúque adductam.
am enim proximè abfuiſſe, quò minùs & ſe, & par-
ulos ſuos in aquam & mortem daret præcipites.

28. Cosfeldiæ quidam deſperanter cultrum
trinxerat, vt exulceratam inter tot vitæ aſpera
ſuam animam ex infauſto pectore exhauriret. Sed
opportuno DEI prouiſu factum, vt ſatis tem-
pori Noſter triſte illud conſilium & cul-
trum miſero per ſuauia conſilia
extorqueret.

§. VIII.

INDVSTRIÆ.

29. AD ægros per faciliora iuuandos compen dia, procuratum, vt ne antiquaretur ſa cra illa eos ad vitæ maculas confeſſione abſtergen das tempeſtiuè ante ſupremum periculum indu cendi induſtria: cuius rei prægrandia cùm alibi tum Düſſeldorpij documenta læti conſpeximus quibuſdam prælicenter Sacramenta procraſtinatu ris, & ſine illorum præſidio morituris, niſi hæc il los induſtria inclinaſſet: nec defuêre plures, qu hoc ſe alexipharmaco ad priſtinam ſoſpitatem re uertiſſe gratulabundi agnoſcerent. Fuit è Patrun circa morientes ſatagentium numero, qui lætabun dus, & cum fide obſeruauit, eorum omnium, ac quos morti accingendos ipſe vocatus eſt, quíqu ſub ipſa morbi cuiuſcunque initia piè ac tempeſti uè animum expiarunt, neminem eſſe extinctum: v. num verò cunctatorem, qui noxiâ procraſtinatio ne diem è die ducebat, vi morbi è ſtatu ſanæ men tis deiectum, in illa rationis orbitate inexpiatam eóque miſerabilem, nec adiumenti vllius capacem animam æterno tribunali iudicandam expiraſſe, factúmque fuiſſe magnum dilatoribus hortamen tum, vt æternis ſuis rationibus temporiùs proui derent.

30. Merentur laudem induſtiæ illa quoque Colonienſis Collegij adinuenta pro catecheſi lati-

ùs

is porrigendâ : quòd vt ſcholis, quas triuiales vocant, de magiſtro non de triuio, ſed ad catecheſin cum literis inſtillandam idoneo prouideri poſſet, ſit etiam de mineruali lautione prouiſum: deinde quòd Parochis pluribus ſint libri catechetici procurati: quòd denique in ſexagenis facilè Parochijs â mente propagandæ latiùs doctrinę catecheticę inſtituta ſit Sodalitas, & firmata.

§. IX.

DE PVRGATORIO.

31. COloniæ vidua Noſtro referebat, crucem ſe domi iam factam habere; neq; deſiderari aliud, quàm vt è voto defunctæ mariti olim ſui ſororis erigeretur; iámque præſtitutum voto diem elapſum eſſe. Noſter malè hactenus dilatam voti executionem vrget, vt protinùs impleatur. Et verò affirmare viſus eſt conſilium viduæ datum DEVS. Nam eâdem nocte, cubiculi viduæ oſtium horrendo fragore concuſſum effringi è cardine videbatur, & omnia tumultuosè perturbari viſa. illud præ cæteris dignius obſeruatu, Crux ipſa erigenda, valido impetu muro eiuſdem conclauis vltrò impacta eſt, adeò vt illo ſuccuſſu omnia contremuerint: fragore deinde poſt erectam protinùs crucem nunquam audito. Quæ res viduæ facilè perſuaſit, Confeſſarios conſultores eſſe diuinæ mentis interpretes.

§. X.

HOC ANNO M DC.L. ISTIC VITA functi.

32. TReuiris Magiſter *Ioannes Schall* à Bell Iuliacenſis, 24. Februarij finiuit ſupremum diem. Hic vix natus, Düſſeldorpij à Patr viro nobili, & ſupremo apud Ducem conſiliario aræ ſacelli noſtri, ingenti oborto gaudio impoſitus, DEO, S P. Ignatio, ac Societati in tenerum ſuauitatis odorem, & in clientem perpetuum eſt oblatus ſeu omen, ſeu deſiderium illud fuerit, qui ſe militiæ deberet addicere paruulus, ſi Patri morigerari olim vellet. In Scholis ingenio & morum ſuauitate Angeli nomen collegit. Anno 1643. ſe Societati dedit iam Philoſophus, nobili & pudentiſſimo ingenio totus cereus ad obedientiæ matris vocem; cuius filium ſe viuere ac mori velle ſæpè verbis, factis verò ſemper luculentè loquebatur. Quartum iam annum ſcholis ac diſcipulis enixè intenti Ioannis vitam pręcipitauit acerba mors, ita vltimùm modulantis: *Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine!*

33. Ibidem 27. Martij ab acerrimis calculi cruciatibus morte ſolutus eſt *P. Henricus Cratz*, anno 1590. Kirchbergę natus, & per annos 40. in Societate de Scholis Theologicis, aliíſque doctè ac religiosè meritus. Monaſterij Weſtphalię cùm Collegium regeret, ad erigendam pro egentioribus

Ma-

MARIAnam domum, vtilem operam adiecit, vir
neditatæ ſemper ac elaboratæ virtutis.

34. Tertius 4. Auguſti mortem oppetiit, *P. Gerardus Freytag*, anno 160. natus, & 1629. Societatem, ac demum in illa quatuor vota indeptus. Religioſus quidam tenerioris conſcientię nitor, multa inter ſtudendum, docendúmque accuratio, inter precandum de genibus reuerentia, labores conditi ſtudio pietatis, multis precibus & modeſtâ virtute conteſtata, erga diuinam Matrem domeſticóſque Cælites religio, dignus deniq; illâ, in qua erat ſanctitatis exiſtimatione vitę omnis tenor fecit, vt illum ſibi pręreptum externi atque domeſtici dolentiùs amarent, amantérque dolerent.

35. Quartus in tironum domo 24. Aprilis, appenſo ad collum gemino Sanctorum forte menſtruâ in Societate ductorum, & vnà tumulo condendorum faſciculo, vitam exuit *P. Gregorius VVeilhamer* Monachij Anno 1600. natus, 1628. in Societatem admiſſus. Hic in infimis quibuſque dum Nouitios imitaretur, eoſdem exemplo mutuo accendebat; tantus artifex animorum mirâ ſuauitudine quærendorum, vt nemo illi facilè obluctaretur proteruiùs. Erat ſui corporis, nullo tenuioris valetudinis obtentu, quotidianus domitor per verberationem. Ad Catholicam veritatem clarâ quadam efficaciâ, & gratiâ, quingentis plures adduxit, quorum facilè 300. breui abiêre de vita. Lapillo Foyenſis Virginis Matris, & per alia præſidia felici euentu ſæpè morbos diſpulit: & jam, ſumptis

ab

ab animo & corpore cognomenti rationibus, a
alijs ſanctus Pater, paruus Pater ab alijs dicebatu
Nunquam Optimatem aliquem negotij cuiuſpia
cauſa conueniebat, quin etiam aliquam infimæ fo
tunæ domum, ad afflictos iſtic religiosè conſolan
dos, adiret. Iam illi labores ac morbi certatim
mortem in ianuis oſtendebant, quando, num illa
timeret interrogatus, reſpondit; ſe quæ à DEO fla
gitaſſet, reliqua omnia conſecutum: vnam hanc a
cumulum gratiam ſupereſſe; ſéq; illam auidiſſimè
manantibus inter hæc dicendum gaudio ac deſide
rio lacrymis, expectare.

36. Confluentiæ ſenectutem bonam viuendo expleuit *Hermannus Hackenmiller* Coadiut. Anno 1588. natus. vixit in Societate ab anno 1608. annis ac laboribus eneruatus. Nam vt orationi ac labori tempus extenderet, ſuffragante maiorum voluntate horam vnam ſomno manè, alteram veſperi detrahebat. vir cuius inconniuens pietas, & diuinitus quidpiam ſpirans labor, & calloſæ manus, & ipſe cultus neglecti corporis, non ad vulgus modò auxit venerationem, verùm & ab alterius cuiuſdam Ordinis Præſide inter ſuos in exempli decus meruit accerſiri.

37. Aquiſgranenſes, duos è ſuis è vita ereptos memorant: *Tilmannum Plux*, charitati, labori, orandi ſtudio addictum, qui ab ægro cui ſeruierat morbum & mortem tulit 30. Aprilis, pulchrum pretium charitatis. Alter fuit *P. Ioannes Vaſterman* nuper 4. vota profeſſus, Valencenis menſe

Iulio

ulio pulchrę victima charitatis, cùm in morbidis
atè Belgarum caſtris malum increbreſcens, etiam
pſum in omnes adiuuandos amanter ac impensè
effuſum, quadrageſimo vitę, vigeſimo initę Socie-
atis anno eâdem tabe ac morte inuoluit; virum
certè amabili, amœno, pudiciſſimóque exemplo
domi ac militię ſemper probatum; ac etiam in ca-
ſtris ſcholas, catecheſes, & alia domeſticorum in
Collegijs laborum imitamenta pręſtantem, in re-
ducendis ad fidem errantibus felicem, in retunden-
dis ijs, qui iactanter ſcioli ſe venditant, doctum &
acrem, denique propenſis auribus pro concione
auditum, & religioſâ ſocialitate militi vniuerſo,
ſummis ac imis vtilem & acceptum.

38. Exeunte hoc anno, 6. Decemb. Düſſel-
dorpij magnum ſuî apud Principem, alióſque deſi-
derium reliquit moriens *P. Petrus Holter*, Noueſij
Anno 1605. natus, Societati anno 1626, ac dein-
de 4. vota profeſſis adſcriptus; vir verſandis non
vniuſmodi arte voluntatibus mirè idoneus; & vbi
res ferret, in obſtinatis blandiſſimè importunus,
atque inter eos referendus, qui plus animabus in-
hient, quàm nummis vlli quos vulgo dicimus lu-
criones. Nec raró exactis tenebrionibus miniſtris
in ipſo migrationis apparatu lucrifactas DEO ani-
mas militanti priùs, mox triumphanti Eccleſię aſ-
ſertas eſſe lętatus eſt.

39. In miſſione Euskirchiana, 4. nonas Iulij
ad immortalitatem conceſſit *P. Petrus Schleumer*
Luxemburgenſis, 4. vota prof. vir patientię ferreę,
au-

aureę charitatis. ſuaſorijs artibus placidè ac pr
tenter dulcis; moriendi cupientiſſimus. Sub ipſu
vnctionis vltimę ſacramentum gratias Deo tene
rimas ingeminabat, quòd in ſinu Societatis, quò
in ſociorum complexu vitam relinqueret. Noct
ſupremâ, *Te Deum laudamus* morituro ſibi accinui
rogauítque impensè, ac tenerè, vt vbi pro Societa
tis more, ſe mortuo ſignum ære campano datur
fuerit, eundem gloriæ hymnum, velut in hoſti
mentum gratiarum à Deo acceptarum, Noſtri pr
ſe ſinguli recitarent.

40. Marcodurum binos extulit. alterum 1
Sept. *P. VVilhelmum Boes* Colonię Vbiorum 70. fe
rè abhinc annis natum, & ante annos 30. quatuo
vota profeſſum. Acre illi, & cuiuis audacię retun
dendę non inpromptum, Apoſtolicúmque ingeni
um. Arduos labores fortiter exantlauit; pro con
cione flagranter dixit; in luis peſtiferę diritate cor
datè rem geſſit. capite non ſemel ſtrenuè deuoto.
vt eſſet inter peſte contactos impigra, & impauida
victima charitatis, illi miniſterio bis ſuperſtes. In
Velauia, & Moniauia, domi ac militię, pagatim &
oppidatim, paſſim omnia magnis pulcherrimorum
laborum, ac patientię documentis impleuit; auſus
quædam digna Xauerio, cùm & militi, & agreſti
plebi fieret omnia, & iam Angeli nomen ferret.
Fatentur grati Iuliacenſes, huic ſe rei ſuæ ac ſpei
partem non vltimam debere. Morbi ſupremi do-
lores ita tulit, vt illius morbus exaggerati magnis
virtutibus animi fuerit grandis index. Et iam in-
cli-

clinata in occaſum ætas, ac dolores memoriam illi omnem exhauſerant, cùm vnum illi quaſi prò ſupremo theſauro in memoriâ eſt relictum: illud nempe quod cum Chriſto ſuo, admirabili ſenſu ingeminare, iterúmque ac iterùm ore verſare identidem eſt auditus: *Ita, ita Pater! Ita, Pater! ita: quoniam ſic placitum fuit ante te!* Atque hoc P. Wilhelmi viuentis, ſuis cruciatibus annuentis, morientis, fuit leuamentum, ſymbolum, & ſigillum.

41. Kalendis Octobribus alterum tabes lentâ morte ſopiuit. Is fuit *P. Michaël Luttringhauſen*, Anno 1607. natus. Profundo quodam de Societate ſenſu plenus, ſanctâ mentis teneritate gratias DEO agi à ſocijs petijt, quòd in ſancta IESV Societate mortem oppeteret. Magnas religioſi animi dotes impendiò ad omnia quæcunque obedientia offerebat, vt flamma, exercuit, breues annos virtutis ſpatijs prætergreſſus.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ RHENI SVPERIORIS.

M. DC. L.

DEgunt hoc anno in hac Prouincia 160. Sacerdotes: quibus adiecti o-mnes reliqui 288. numerum imple-uêre. Horum operâ, præter Iudæos tres, ab erroribus ad Catholica ſac adducti centum octodecim. reliqua ſingulis para-graphis proſequemur.

§. I.

SACRAMENTA.

1. GEnerali exomologeſi vitam vniuerſam emendarunt Aſchaffenburgi ducent nec pauci alibi. Eorum verò, qui diuinâ ſynaxi re-fecti ſunt, numerus ex ijs tantùm, qui expreſsè ad notarunt, collectus eſt ferè ſeptuaginta millium, centenorum capitum. Cæterùm affuſa pro ſacro tribunali ſe accuſantium vis Herbipoli hoc habet commemoratione non indignum, quòd multi pro-fluenter potiùs liberales eſſe velint, quàm parci ad exigendas à ſe peccatorum pœnas, quas à Confeſ-ſarijs ſibi augeri flagranter, & ferè immodicè vr-gent, dum plus audent pœnarum petere, quàm prudentia poſſit concedere.

2. Ibi-

2. Ibid. vnus quiſpiam, contra quàm reliqui, ıd Patris conſcientiæ neceſſaria monentis conſilia obſtinatior, cùm in familiaritate quadam ſibi ab il-o prohibitâ cautior eſſe nollet, per ſomnum, lar-ıatum quendam tribus comitatum ſocijs vidit. Ad hæc attonitum, iuuenis (Angelúſne cuſtos, ıliúſue incertum) alapâ cedens dixit: Itáne, fili mi, omninò me deſerere decreuiſti? Protinus ve-niam ſuppliciter implorantem, ac optima omnia pollicentem ſomnus vitæ vigilantioris admonitor deſtituit. Ac peruicaci illi ceruici hæc ferè omnia tanquam imago ac terriculamentum ſomnij eua-nuêre; ac feruor ille luménque conceptum, defer-ueſcere, ac obſcurari eo ipſo die, vt emicuit, ſic e-uanuit, velut fulgur. Nocte proximâ ſe intenden-te adfuit acrior ille monitor, & amarâ ſed neceſſa-riâ exulceratione, magno verborum pondere ve-terum illi peccatorum tabida vlcera exprobrauit, grauiſſimè comminatus, niſi hæc maturâ feriæ confeſſionis tempeſtiuitate vltrò elueret, futurum vt inexuperabili ſe ſe ſupplicij æterni exitio per indomitam hanc ſuam libertatem inuolueret. Ad hæc tandem vigil viſa narrauit, Patris benè ſibi conſulentis adſtipulatorem DEVM agnouit, pecca-torum exomologeſim diligenter dolentérque con-fecit, è ſuis laqueis ſe euoluit, & mutatâ totius vi-tæ ſcenâ totus à nupero alius affatim docuit, quàm potens ſit DEVS facere de nolente volentem.

3. Inter capitalia, quæ Sacramentorum ad-miniculo potiſſimùm componuntur, odia conſo-

pita, & coniuges in pulchritudine ac multitudin
pacis placidè compoſitos illud par viſum eſt ſingu
lare, in quo alter coniugum, vt publicam reconci
liatæ ſuæ voluntatis teſſeram exhiberet, publicè vo
luit pœnitere. id quod etiam fecit, palmari ſeri
inter coniuges reconciliationis exemplo.

§. II.

BEATISSIMA DEIPARA.

4. AD Moguntinam Catechiſtæ noſtri don
datus Foyſenſis DEIparæ lapillus, depul
ſo graui puellæ morbo, magnum erga DEI Matri
venerationem ſtudium incitauit.

5. Bambergæ fæmina pro confracto ſeme
ſtris paruuli ſui brachio perſanando, ad noſtram
Virginis Matris iconem cereum brachium ſupplex
appenderat; cùm chirurgi dicerent, brachium
adeò quaſſatum eſſe, vt vix illud à ſe in integrum
reſtitui poſſe confiderent, etiam illo intra aſſercu-
lorum lamellas illigato. At illa poſtridie, non du-
biâ DEI Matris ope, quam implorauerat, paruul
ſui brachium ſanum ex integro deprehendit. N
autem beneficium, quod longo ſilentio preſſerat
pergeret adhuc tegere, anno exeunte ſe per quie-
tem aduertit ſæpiùs admoneri; intereſſe id gloria
Virginis, quæ beneficij author eſſet, vt res propa-
laretur. Paruit commonenti DEO, & ad Collegi-
um aduolauit, atque omnia ritè aperuit.

6. At

6. At maiorem in brachio ſuo potentiam fecit & oſtendit DEVS, quando ibidem ſuæ Matris precibus dedit animam pertinacem. Vir aulicus cùm à Noſtro ſæpiùs ad deſerenda Lutheri phaſmata incitaretur, & ille contrà magis animum obſtinaret, breuì per morbum grauem neſcio quo radio perſtrictus, ad MARIAM perfugium inuenit, & medicorum ingratijs, ab illâ ſe perſanatum, & vnà fidem Catholicam, gratus agnouit.

§. III.

S. P. IGNATIVS.

7. BAmbergæ, puellæ graui membrorum omnium paralyſi cruciatæ, & de remedio nequicquam circumſpicienti, cùm nulla interquieſcendi ſpes, aut à dolore interſpiratio concederetur, neque abeſſet malarum artium ſuſpicio, quibus id factum eſſet, ideóque clauus clauo, ac malæ artes ſuperſtitioſis religionibus retundendæ viderentur; conſultus loci Curio, vbi contra ſuperſtitiones neruosè dixit, ad S. Fundatoris Noſtri præſidium vt paralytica ſtudiosè recurreret, perſuaſit: mox aquam in Sancti honorem ritè luſtrauit: quam puella vbi hauſit, & eâdem affectas partes lauit, vix dies abijt, cùm dolor omnis quantò fuerat acerbior, tantò dulciore illam gaudio cumulatam reliquit.

8. Ibidem alia recèns nupta, ſpectrorum im-

portunitate totis viribus deſtituta, & maniæ ob-
noxia, Noſtri monitu primùm conſcientiam Sa-
cramento, deinde memoratâ S. P. Ignatij aquâ do-
mum expiauit: numiſma P. Patris effigie inſigne
collo appendit: & magno mariti, omniúmque
gaudio intemperias diſcuſſit.

9. Exercitijs Ignatianis animum erudiêre
34. de quorum numero conſtat, præter eos, de
quibus confuſa fit mentio. Puerperas Ignatij no-
mine adiutas taceo, cùm numerum dare nullum
poſſim. Pleraque, ſi non omnia, Collegia memo-
rant, ab illo aliquas, aliquot, complures periculo
illi morti finitimo, & à dolorum diuturnitate ex-
emptas. Bambergæ etiam pueri à malo epileptico
reſtituti.

§. IV.

INDVSTRIÆ.

10. AD excitandam in tenella ætate catechę-
ticam inſtitutionem Spiræ viſa eſt valere
cumprimis illa induſtria; quòd celebri S. Michaë-
lis Archangeli die, cum omni Chriſtianæ doctrinæ
cohorte ſelecta iuuentus in nouem choros Ange-
licos diſtributa, nouâ pompâ, omnes vrbis Eccle-
ſias viſitârit; ac tandem ad ſacram Collegij ædem
velut ad matrem ſuam, reuerſa, Litanijs Laureta-
nis concinnè cantatis celebritatem clauſerit; ac
vrbis totius oculos illo ſplendore ita recreârit, vt

animos

animos ad frequentandam illam Chriſtianorum rudimentorum ſcholam accenderit.

11. Fuldæ non minùs vtile ad idem incitamentum fuit in S. P. Ignatij, tanquam rudium, & paruulorum inſtitutoris, honorem inſtituta ipſo eius feſto ſupplicatio, quæ è D. Petri monte magnam ruſticæ plebis molem, ſexûs vtriuſque ac ætatem varietate diſtinctam ad Collegij templum duxit. Sed & ſecundâ Pentecoſtes feriâ, pueri ac puellæ, quibus hactenus per ætatem, vel parentum inconſiderantiam, Angelicæ menſæ accumbere conceſſum non fuit, ad ſacratiſſimum epulum primò guſtandum eleganti ordine inceſsêre.

12. Illud etiam non illiberale, ac incitandis liberalibus Bambergenſium animis idoneum fuit inuentum; cùm vnius è Noſtris induſtriâ, magna cibi ac potionis vis è pio Bambergenſium plurium penu eſt corrogata. Ipſo ergo S. Bartholomæi Apoſtoli die, in foro menſæ in longum porrectæ ac ſtratæ, quibus ad duodecimam, id eſt, meridianam horam, pauperes, hinc viri, & inde fæminæ accubuêre, facilè quadringenti. In vicini autem horti gramine paruuli, paruulæque centenis plures viris, noſtri diſcipuli, ijdémque ſelectiſſimi quique, fæminis honeſtiſſimorum ciuium filiæ, concinnè, ordinatè, lautè fercula & pocula miniſtrauêre, magno modeſtiæ ſpectaculo, magnâ menſis accumbentium, ac ſpectantium voluptate. Altero die quaſi repotia in Xenodochio celebrata: cùm partim ex heſternis analectis, partim è recèns adie-

ctis datum ijs etiam profluenter, qui heſternis epu-
lis, impedimento quopiam præpediti, adeſſe non
poterant.

§. V.

DE PVRGATORIO.

13. PRæter campanam Herbipoli appenſam cuius monitu veſperi pro animabus fidelium preces funduntur, huc etiam facit id, quod his propè verbis, aut paulò fuſiùs narrat Collegii Moguntinum. Libet, inquit, exploratam firmis indiciis relationem attexere. Virgo erat, Margarita nomine, patriâ Limburgenſis; cui Moguntia quidam ſpiritus intra ipſa primùm templi noſtri ſepta, candicante habitu ſe præſentem ſtitit. Exhorreſcit illa, & dum fugam adornat, prohibetur, iubetúrque finem ſacrificij præſtolari. Altero die à Sacro domum reduci occurrit ſpiritus, & Confeſſarij iuſſu ab illa rogatus, ecquis eſſet: Sum, inquit, patruus tuus, quondam miles; & iam ab annis aliquot mortuus, inter purgatorij pœnas diſcrucior. Tum ope puellæ lacrymabundis vocibus imploratâ, luculentam eius veſti plagam inuſſit. Poſtridie illam in templo iterum diuinis intentam euocat, & monet, ne domum, in qua famulabatur, rediret, eò quòd blaſphemis vocibus redundaret: deinde, vt Deiparæ Virginis cœtui nomen daret: denique opem promiſſam vt quantocyùs maturaret. Quin ad aram ipſam poſterâ luce de genibus vnà cum

illâ

illâ ſupplex viſus eſt adeſſe ſacrificio Confeſſarij puellæ. Interrogatus tandem à Virgine, quid vltra facto eſſet opus, edixit; Limburgi in ſacello, quod nominabat, per ſui patris fratrem vt ſacrificium procuraret; voto aliàs loco illi deſtinatos cereos offerret; pergerétque ritè Sacramenta, & preces ſolitas vſurpare. Mirum id viſum, quòd eo triduo, quo Limburgi res per nuntium vrgebatur, quieuerit. ad puellam tamen paulò ante nuntium venit: & poſtridiè ad ipſam vſque Synaxim euntem eſt religioſè comitatus: iterúmque cum eâdem inſtaurato à Patre ſacrificio piaculari, ſupplices in preces fuſus adeſſe conſpectus eſt; & eodem die veſperi votis ſuis potitus. Exierat fortè domo puella, vt Collegium adiret: atque ſub ipſo plateæ flexu, quà ſe Deiparæ ſtatua templo noſtro obuertit, adeſt Margaritæ Patruus iam non is qui hactenus, verùm totâ facie gaudio ac luce collucens. & voce quæ talem ſpiritum deceat: En, aiebat, aliquando tandem libertate donatus ſum! Iam beatus vitam cæleſtem ingredior! Tibi verò, quas & quoad poſſum, ac iis, qui te in me iuuando adiuuêre, gratias habeo, referóque. Non committam, vt veſtri apud propitium Numen ſim vnquam immemor, qui tam benignè meî miſerti eſtis. Dixit: & exceſſit ex oculis euaneſcens, neque vnquam deinceps conſpicuus: eâ in ſuæ illius ſequeſtræ virginis animo relictâ rerum cæleſtium æſtimatione, vt iam rerum humanarum abſolutè pertæſa, totâ mente ad quieta & beata virginum ſanctimonialium clauſtra anhelet.

 §. VI.

§. VI.

SYLLABVS HOC ANNO M.DC.L. VI tâ functorum.

14. MOguntina Probationis Domus *Philip pum Trier* Herbipolenſem, Nouitium cæleſti, vt valdè ſperamus, Collegio tranſmiſit pri mitias huius Domûs in Domo DEI. Illa duo in e ad laudem præcipuam impendio eluxêre, innocen integerrimi animi candor, & ſuî ſcitè ac inſatiabi li quadam voluptate demittendi deſiderium vetu ſtâ quauis virtute dignum, & exemplis egregii conteſtatum. Plenam deſiderij ſui memoriam in e S. Ioſephi Domo vnà cum non obſcuræ ſuæ erga illam beneficentiæ teſtificatione, dum illam te ſtamento hæredem ſcripſit, reliquit.

15. Herbipolenſes, *Patre Ioachimo Hamman* Collegij Rectore orbati ſunt 14. Feb. Romæ in Generali Societatis vniuerſæ ad iubendum nouum Generalem Comitio, cui & ipſe aderat ſuffragator. Hic anno 1587. 17. Apr. Moguntiæ natus, ad Societatem 1606. 28. Iulij, ad ſolennem 4. votorum nuncupationem 1628. 2. Febr. admiſſus eſt. Multùm illi de Beati Aloyſij genio innatus quidam pudor, & pudicè verecunda maturitas afflauerat, etiam dum extra Societatem adhuc degeret. Perfecit verò in Societate, quam foris adumbrare inchoârat, pulchræ virtutis effigiem, à fæminarum conſortione omni adeò alienus, vt cùm aliquando

ſe

ſe cum matre ſolum videret, ſollicitè circumſpe-
xerit, neque acquieuerit, niſi ſocius propè accede-
ret. Religioſa illa corporis ad animi leges emen-
datè compoſiti harmonia, manſueta vbique, etiam
inter improſpera, moderatio, ſine turbine, ſine
fluctu, emicabat, & placebat, ſiue doceret, ſiue
Collegia, & Prouinciam vniuerſam regeret, ſiue
ab Optimatibus conſuleretur. In variâ & ferè tur-
bidâ belli fortunâ, ferreáq; temporum iniquitate,
ſemper ſuî & aliorum fuit potens, in charitate non
fictâ, & iis virtutibus, quæ liberalem, vigilem, nec
animo fractum Patrem addeceant.

16. Aſchaffenburgi tertius decimus dies Au-
guſti *P. Georgio Meder* morienti vltimus fuit, qui
illi anno 1582. naſcenti primus fuerat. vixit in So-
cietate annos vndequinquaginta, non paucis
aliis virtutibus, at vnà præ aliis orandi
arte ac aſſiduitate à DEO
cumulatus.

ANNVÆ PROVINCIÆ SARDINIÆ

M. DC. L.

§. I.

CONVERSI A PECCATIS.

1. QVendam plurium è ſcorto filiorum patrem ingraueſcens morbus in lectum proſtrauerat, iámque illi mortem propediem minabatur. Hic tametſi toto eo, quo cum illa muliercula verſabatur decennio, nunquam vt ad Noſtros Pœnitentiæ Sacramentũ obiturus accederet, ſibi potuerit perſuadere, vbi tamen animum è fæce illa ſeuocauit, & ignotiora æternitatis itinera morte ſe iam ingreſſurum vidit, tùm verò ſatis ſe hallucinatum agnouit, & accito è Calaritanæ Probationis Domo Patre, in verba mirificè ardentia erupit, quibus aiebat, quoſdam Societatis IESV Patribus ob neſcio quem horrorem confiteri non velle. Periculoſum id ſibi accidiſſe. Ecce me, aiebat, æternis ignibus addicendum, ni iuues! Noluiſſe ſe aperire Ieſuitis peccata, quos timebat, ne occaſionem reſciſſam vellent. Verùm iam ſe vltrò à ſe obſcœnum ſcandalum, fæminam impudicam velle amoliri, & verò ſtatim abiicere, filios illos ſuos, peccati eſſe progeniem,

Iam

am ſibi deinceps vnicam curam fore, vt diram il-
am peſtem procul ab ſe habeat, & malè ſana con-
ilia cum optimis commutet. Tum ritè expiatus,
c vitæ ad leges æternas conſtituendæ inſtitutioni-
us eruditus, perattentè ac obedienter accepit ſin-
gula; & adeò exarſit animo, vt lupam illam ſæ-
piùs poſteà vel ad aures admitti poſtulantem ſem-
per conſtantérque reiecerit, ac Sacramento dicto
firmauerit, ſe deinceps cum illis arcana caſtioris
conſcientiæ tractaturum, quos in voluptario volu-
tabro hærens adeò horruiſſet. Hoc nempe conſi-
lium à vicinâ, vt rebatur, morte accepit, & ad idem
ſequendum acriter conſtantérque incubuit.

2. Ibidem alius à Noſtro poſt Confeſſionem acriter ſed clementer ſimul increpitus, indignabundo quàm pœnitenti ſimilior, ſe ad alium quempiam non è Societate Confeſſarium contulit: vbi poſtea retulit ſe facilem à peccatis veniam, citra correctionis verba tuliſſe, vnâ Coronæ MARIANæ recitatione imperatâ. Verùm haud ita multò pòſt præſentis & increſcentis morbi periculo ac imminentis mortis metu Confeſſarium accerſit, nec vult alium niſi Noſtrum. cui mox aduolanti, teterrimũ ſe peccatorem eſſe, neque diuina beneficia agnouiſſe profitetur. Se nuper à quodam Societatis Patre (& hic ipſe erat, ægro eundem eſſe neſciente) non minùs paternè quàm ſeuerè admonitum, non ſine ſupercilio aliò abiiſſe. Nunc verò talem omninò velle, qui audeat, qui acriter, imò & acerbè admoneat, vt ſanet; non blandiatur, vt perdat.

Tum

Tum volo, inquiens, volo ſaluare animam mean
de noxis omnibus plurimo cum ſenſu ſeriam ex
mologeſim inſtituit, miris laudibus eam, quâ S
cietas in Confeſſionibus vtitur, accurationem ac
moniámque commendans, tanquam verè ac vn
cè ſalutarem.

3. Alium ibidem ægritudo, ac emota me
ita occupârat, vt à ſalute aliena & communia ha
facilè verbis exprimeret; nihil autem eorum, qu
facerent ad ſalutem. Tum Noſter, periculi anxiu
ægrum interrogat, num defunctum nuper Patre
Franciſcum Sanna, virum non ignotæ ſanctitatis
nouiſſet, ſtatim, & deinceps ad rem ſemper a
promptè reſpondit: Noui, aiebat, & vtinam is eg
eſſem, qui is fuit. Et plura locutus, ſponte ſuâ pec
cata fateri non parcè lacrymans cœpit, acceptá
que abſolutoriâ à Patre ſententiâ, conquieuit, &
poſtea etiam corpore totus conualuit.

§. II.

SINGVLARE QVIDDAM DE Beatiſſima Deipara.

4. ILlud cæleſtis Reginæ ſolidũ eſt & amabile
propenſæ erga ſalutem animarum, & nos
voluntatis documentum. Ibidem formidabilis gi-
gantis mole ac ſupercilio tremendo laruatus dæ-
mon, fæminam probitate inſignem fuſtibus ac pla-
gis peſſimè cumulatam & gementem reliquerat.
Illa quantocyùs ad Calaritanæ Probationis Do-
mum

num aduolat, ac ſuæ conſcientiæ arbitro & con-
ultori Patri rem narrat. Abſterſit afflictæ mœro-
em verbis ex aſceticæ rei theſauris petitis Pater,
nimóque ad alta & fortia exaggerato erectam,
onſilijs communitam dimiſit. Vix domum redu-
em aggreſſus maiore iam verborum ſæuitiâ ty-
annus dæmon, & minaciter turbulentérque tru-
ulentus expoſtulauit: Ecquid eſſet, quòd ea omnia
Confeſſario retuliſſet? An non ſatis ſupérque fue-
it, inquit, ſi tua ei peccata aperias. quid attinebat
n meorum etiam, ſilentio potiùs obruendorum
conſcientiam illum admittere, ſiue acceſſere? Ca-
eret deinceps id audere, niſi ſe vellet horrendum
eius iniuriæ vindicem experiri. At enim vbi ille
enebrarum tyrannus exceſſit, adfuit benigna è
cælo maieſtas Matris DEI dilecto Virginum cæle-
ſtium choro cinctæ: & illam interrogauit blandè
rridens; num ſe noſſet? Hæſit fæmina ſeu maie-
ſtatis gloriâ, ſeu demiſſi animi reuerentiâ diu atto-
nita: & Reginâ cæli num ſe noſſet iterùm perqui-
rente, *Ah! Sancta MARIA Virgo!* admirationis,
gaudiíque plena exclamauit. Mox amabilis Vir-
go, Magiſtræ inſtar breuiter, ac diſertè; *Omnia tuæ*,
inquiebat, *conſcientiæ arcana deinceps Confeſſario
tuo fac aperias: hæc DEI eſt voluntas, omnia vt reue-
les: neque vllam aduerſario fidem adhibeas, qui
vt diabolicis patere poſſis inſidijs, hanc te
circumueniendi artem commen-
tus eſt.*

§. III,

§. III.

DE S. P. IGNATIO, ET Xauerio.

5. APud Alguerenſes auxit Ignatij gloriar
voti reddendi cunctatio. Medicus quil
piam, ob redditam, ope Ignatij voto etiam addit
rogati, coniugis incolumitatem, dum vnà cum ſan
coniuge de expenſis deliberabundus lentâ procra
ſtinatione voti religionem moratur, repentino ca
ſu, nullo impellente videt extra domum dilectan
ſuam filiam inter luſitandum concidiſſe, & brachii
tenerum confregiſſe. Nempe illâ paruulæ prola
pſione voti ludificationem plecti agnouit vterqu
parens; & inſtaurato cum lacrymis voto, impetra
uêre facilem paruulæ incolumitatem, ſtupente vr
be adeò promptè iterum paratum fuiſſe ad opem
ferendam Ignatium. Eapropter à gratis ob gemi-
nam iam beneficentiam parentibus per totum octo
dierum circulum auguſtè culta feſti S. P. Ignatij
erga matrem & filiam bis benefici ſolennitas. id
quod iſtic vſitatum eſt, vt variâ pro varijs benefi-
cijs gratantium, & omnium pietate, S. Ignatij fe-
ſtum octo dierum celebrior paratus, religióque
numeroſa definiat.

6. Ibidem locupletiſſima erga S. Franciſcum
Xauerium fiducia hoc etiam beneficio eſt aucta non
parùm. Voto ſe obligauit Iuriſconſultus quidam,
ſe, ſi proximo S. Xauerij feſto nuntium de re, quam
opta-

ptabat, acciperet, diem eidem Sancto ſacrum an-
o proximè ſecuturo; ſuo impendio celebrem ha-
iturum. Vix quem dixerat Xauerij dies illuxit,
ùm epiſtolæ Iuriſconſulto ſunt allatæ ac redditæ,
uibus de optato ſuo negotio certior reddebatur.

§. IV.

INDVSTRIÆ.

7. CAlaritanum Collegium, collatâ cum Sodalibus operâ idoneam loci genio in-
duſtriam excogitauit, quâ inſanas Bacchanaliorum
erias pietati aſſereret. Ergo quintâ ante licentio-
um illud triduum feriâ circumportata per vrbem
enerabilis & adoranda Crucifixi Chriſti, velut
rbem, num fidelis ſibi manere tunc etiam vellet,
uſtrantis effigies. Atque vt ſpectaculum plus gra-
iæ præſeferret, appoſitis de re præſenti verſibus
aſtar dialogi à iuuentute recitatis, habitæ quoque
Noſtris aliæ atque aliæ per frequentiora vrbis
oca de morte, ac de ſæculi vanitate conciones; ma-
no plurimis ſenſu pietatis iniecto, ad præuiſa ini-
nici iacula Crucis armamentario propulſanda.

8. Ibidem tertiâ quauis feriâ ieiunij longio-
is, habita in templo noſtro de Chriſti cruciatibus
neditatio. illud etiam habuit illicium oculorum,
& adminiculum meditandi, quòd in medio thea-
rum ciendæ miſerationi peridoneum, Chriſti
unc ſudore ac ſanguine perpluentis, nunc ad co-
umnam diro ſæuitiæ exemplo cæſi, nunc aliâ pa-
tientis

tientis repræſentatione, ſecutam meditationem ac demum breuem ardentémque dictionem non mediocriter inflammârit. quæ etiam de Chriſ doloribus dictio Sodalium ad 7. Eccleſias in heb domada ſanctiore ſeptem ſacra ſimulachra def rentium celebritatem auxit, dum vna in ſingulis templis haberetur.

§. V.

SOLATIVM, ET AVXILIVM contra Dæmonem.

9. AD Alguerenſe Collegium ſolatio vltim ac neceſſario ſibi accerſendo miſit qui dam paſtor morti iam propinquus, quem dæmo commeritis ſupplicijs exercebat. Aiebat ille ſe mi ſerabili deliramento, dæmonis primùm opem, tun iram, & pecori, quod diu nequicquam quærebat, & ſibi optaſſe; atque etiam petijſſe, cùm à DEO au xilium non ſperaret. Moratum primùm, tum de nique adfuiſſe dæmonem, atri canis imagine for midabilem, miſta igni, quem vomebat, hæc verb frangentem: ſe verò iam adeſſe ad poſtulata prom ptiùs exequenda. Tum ſimul impetu furiali ſe in Paſtorem iniecit, facilè illũ internecino morſu ad inferos detracturus, niſi Paſtor irruentem pronun tiato tremendo ac ſalutari IESV nomine in fugam euaneſcere coëgiſſet. At manſit Paſtori perpetuu quidam terror, ac tremor, & exitialis flamma toto latere dirè accenſa, qui dolor illi cos fuit ad dolo-

rem

rem de illa linguæ immoderatione, déque totius vitæ noxis ardentiùs concipiendum. Certè ne is ignis æternarum flammarum prodromus eſſet, ſpes eſt, per vſurpata ingenti pœnitentis animi ſignificatione ſuprema Sacramenta eſſe perfectum; quando perditam illius in pecore quærendo animam, Chriſtus paſtor inuênit.

ANNVÆ PROVINCIÆ SICVLÆ.

M. DC. L. & ſequentium quatuor.

1. IN viginti & nouem domicilijs degunt huius Prouinciæ ſocij ſexcenti ſeptuaginta octo. Meſſanæ Anno 1650. pro Domus Profeſſæ fabrica, lite peruictâ ſeu tranquillatâ, primum lapidem iecerunt ſenatores in Societatem apprimè propenſi.

§. I.

MISSIONES, ET QVORVNdam Conuerſio.

2. MIſſiones Panormo, Archiepiſcopi poſtulatu; Melitâ, Catanâ, è Collegio Motycenſi, aliæque alijs è domicilijs ductæ, atque in ipſis quoque vbi degimus vrbibus inſtitutæ, per-

uulgata iam annuis, at certè iucunda & vtilia vr
bibus pagíſque dederunt incrementa frugum iuſti
tiæ; Sodalitia inſtituta, & pacificatoria fœdera
eorum quoque qui ad internecionem vſque ian
exulcerati conſecranea odio & morti capita indie
deuouebant. Quàm ardua, tam populo vniuerſ
vtilis ad exemplum fuit pax, quam Bideni Collegi
Rector inter maiora eóque maiorem in pernicien
itura nomina tandem compoſuit, nec antè rem
dimiſit, quàm vtraque familia ad conſtabilitæ con
ditiones amicitiæ honeſtiſſimè pacem amicitiám
que depacta ſit; lætè gratulante Syracuſano Anti
ſtite, ac dicente: Magni ſibi momenti rem vider
à Rectore perfectam: non abſimili morbo res Nea
politanas, proximo ciuili bello, conflagraſſe: Deo
eâ causâ, Cælitibúſque vrbis Patronis, grates eſſ
reddendas.

3. Panormi apud Profeſſos Turcæ ſex Chri
ſtì fidem baptiſmúmque amplexi ſunt. Meſſana
Britannus hæreticus in Profeſſorum item templ
perfidiam eiurauit; & plures in baptiſmo, poſt er
rorem exutum, baptiſmo initiati: quos inter ſe
ptuagenarius Turca baptiſmo horis perpaucis ſu
perſtes vixit. Drepani quoque duo hæretici, & Ma
hometani totidem, ac Melitæ Hebræus vnus. vb
Ethnica quoque mulier, cum adultâ filiâ duobúſ
que nepotibus ab Oriente, plurimis defuncta peri
culis, Melitam appulſa, Sacramenti compos
facta eſt, cuius deſiderio ad-
uolârat.

§. II.

§. II.

SACRAMENTORVM VTIlitates.

4. IN Collegio Bideno Sacramenta confertim frequentat populus. in quo tamen præcipuè intermicat centum circiter Virginum exemplum, quarum ad virtutem ſolidam alimenta ſunt cæleſtia Sacramenta. Hæ carne rarò veſci, nocturnas horas plures orationi impendere, corpora veſtibus ferreis quotidie, flagelliſque ſubigere ad imperium animi cæleſtia ſapientis, eleemoſynis & operâ templi ſupellectilem adiuuare, vbique meliora chariſmata æmulari. atque hæc omnia, quod in fæmineâ pietate quàm fortè mirum, tam non contemnendum eſt, perquiſitè accuratéque Patrum conſilijs, non ſui ductu arbitrij, moderari.

5. Drepani die S. Ioſepho celebri ſeptingenti ferè; à Collegio Meſſanenſi milleni facilè pueri ac puellæ 3. Iunij Anno 1651. ad maius vrbis templum, inſigni plauſu adſpectantium, ad primas Euchariſtici conuiuij epulas perducti ſunt. Panormi Sacramentorum crebritas carceri publico eam impreſſit effigiem, ac typum pietatis, vt iam Sodalitatis vocabulo honoretur; ſubactis hoc artificio ibi fœdis amoribus, diris odijs, refractariiſque ingenijs.

6. Pœnitentiæ Sacramenti arcana abſcondere bonum, & neceſſarium eſt; aliàs cùm hac tum

alijs in Prouincijs, & ſacris Romæ, Laureti, alibi-que tribunalibus datura non inutile pondus annalibus. Vnum reuelare honorificum erit DEO, citra iniuriam Sacramenti, cùm illud ab ipſo reo, non à ſacro iudice habeamus. Nominat ille cum admiratione Patrem per Siciliam dicendi vi ad eius Regni ſalutem natum, ac etiamnum ſuperſtitem. Ab hoc ſe ait ad confeſſionem pellectum; cúmque eâ iam peractâ nihil ſibi dicendum ſupereſſe Patri diceret, quoddam, ídque occultum, ſibi ſcelus à Patre in memoriam reuocatum, ita ſingulis quæ peccatum circumſtabant narratis, vt ſuum illud peccatum eſſe agnouerit; atque Patri tam particulatim de illo conſtare ſtupuerit. Hoc ergo etiam peccatum confeſſus, iterùm de alijs tribus ab eodem Patre commonitus eſt, & dolenter faſſus; DEO illi talem hominem ſuggerente, qui fluxam memoriæ fidem acceptâ diuinitùs notitiâ ipſe ſuppleret.

7. In Syracuſano Collegio ad ſeptem alias octaua Congregatio acceſſit rogatu Senatorum, ſub vocabulo SS. Sacramenti. Hanc obtinuêre Sacerdotes atque Nobilitas. Hi hoc ſibi muneris adſciuêre, vt quarto quoque die ad Euchariſticæ ſupplicationis principium ac finem interſint in templo illo, in quo ad 40. horarum preces diuinum Sacramentum, recepto more exponitur, vel poſt illas peractas reconditur.

8. Huic Sacramentorum frequentiæ debentur illa frequentantium caſti mores, nobiléſque de

carne

carne victoriæ in Inſula Chio puella duodeuiginti annos nata, cùm formæ liberalitate alienis amoribus lenocinante per ſcelerata perditè amantis iuuenis inuitamenta ad infame dedecus vocaretur, ſemper vicit; etiam cùm ad campum cum æqualibus Virginibus ab anu quapiam educta, ſoláque relicta, & à perdito illo iuuene quatuórque alijs tenta, ſe ita extricauit, vt ad coæuas puellas è colle iſta ſpectantes, animi anxia compóſque victoriæ fugâ ſe ſe contulerit; cui ad martyrij laureolam Virginitatis laureolæ illigandam cùm iam nec voluntas deeſſet, nec tyrannus iuuenis, vitam illi ferro, quia pudicitiam non poterat, ablaturus, quatuor tamen illi ſocij tantæ puritatis admiratores, ne id patraretur, prohibuêre. Quare nec ſceleratæ illius vetulæ veteratoria fallacia, nec iuuenis amor aut odium, optatum exitum habuêre; puellâ Deo ſuas victorias gratulante, atque ad cæleſtia incitatiùs animatâ.

9. Alibi quoque Sacramenta fuêre ad caſtitatis decora reuerſis præſidium & aſylum; proſcripto tandem ab vrbe quadam ſcorto, cuius profligata morum effrænatio, quaquà iret, in ſe incautos oculos rapiebat, & inflammabat; ne ſummis quidem ſacræ profanæque præfecturæ authoritatibus incendium prohibere potentibus.

§. III.

SACRÆ CONCIONES.

10. PAnormi vicatim, ac in templo habitæ conciones, veterrimas libidines, & pertinax in ſacrilegio ſilentium infregêre. Eadem alibi facta, & inueterata pellacium mulierculatum intemperantia voluntario in cœnobia ſeceſſu incluſa. Apud Narenſes vnaquæpiam, cui formæ ac ætatis flos opes accumulauerat, pudicitiam ademerat, cùm Noſtrum æterna tormenta dictione acriore vrgentem pro aris audiret, ad aram propiùs aduolauit, & qualis eſſe hactenus non erubuiſſet, fateri palàm non erubuit; ſimul ſuperbum impudici corporis cultum concerpens, & capillos palàm truncans: Per hos, aiebat, & flebat, cincinnos, per hæc inſtrumenta inferni viuos illecebroſâ mollitudine, & mortuos igneis catenis in barathro illigaui. Mox hirto ſacco ſordidata & rigens, Crucifixi Chriſti effigiem ardens æſtu illo arripuit; & voce hiulcè in lacrymas fatiſcente mira dixit, quibus tam langam diuinæ miſericordiæ patientiam extollebat; & ſi qui deinceps eſſent, qui ſe ab inchoato pœnitentiæ curſu auderent ad vetera dehoneſtamenta pellicere, illis iram Dei vindicis minabatur: eos autem, qui adhuc hærerent in luto fæcis, ad pœnitentiam, & apertos diuinæ miſericordiæ amplexus voce hortabatur, inuitabat exemplo, vt venirent, guſtarent, ac experimento condiſcerent,

quàm

quàm dulcis eſt Dominus. Hæc tam accommodatè dicta & facta ab eâ ſunt, vt coortâ commotæ multitudinis acclamatione, acerbo ſuíque accuſatorio motu, æſtu, lacrymis, vocibúſque vndantis populi miſcerentur: nec abiret concio niſi accumulatiſſimè lacrymata, nonnullis acerbitatem ferre iam non valentibus, eóque annorum plurium noxas acerrimè acerbiſſiméque lugentibus, & pro ſacro tribunali fatentibus; id quod ex his nonnemo ab annis iam quinquaginta non fecerat. Vnde maiorem obtinuit firmitatem illud in vanos concionatores iactatum; vanas id genus conciones, dum lenocinium faciunt fucis illitæ, ipſas vulgi velut meretriculas videri, comptas ad pompam prurientis auribus putidæ vanitatis, adulterantes verbum DEI.

11. Nec illa vana fuit ex eodem Collegio Narenſi concio, in quâ firmo argumentorum neruo, & contentione dicendi, accuſabilis illa odiorum perennium pertinacia conuellebatur, commendabatúrque cæleſtis illa pax, & mutuarum vnanimitas voluntatum. Etenim fæmina, quæ filium ſuum coram ſe à quodam occidi præſens ipſa ſpectârat diebus proximè præterlapſis, Patre pro concione audito, ſtatim percuſſori volens lubénſque ignouit, repentinâ diuini Spiritûs luce caloréque perculſa. ita vt apud Patres, iam vana concio, res proxima ſceleri videatur, cùm ſolidæ conciones tam ſolidos támque vberes fructus ferant; relictâ offuciarum inanitate, quæ dum non veræ artis

vmbram ſectari ſibi videntur, inartificaliter effæminant veram artem, & maſculum ſpiritum concioniſ.

12. Caltajeronæ quoque hac itur ad ſolida. vnde qui per annorum luſtra plura inconfeſſi ſordebant, his permoti concionibus ad iterandum quot menſibus non ſemel pœnitentiæ Sacramentum adducti gaudent ſe talibus concionibus adfuiſſe. Ibidem Dominicis diebus à prandio noua inita induſtria concionum. Duo è Societate ſublimiore quopiam in loco in ſellis conſident, & auidas audientium aures tenent, quam de ſelectâ quapiam materiâ veluti diſputatio, diſquiſitióque eſt inter eos, vt eſt conſuetudo dialogorum. Ibi à dialogiſmo terribilis cuiuſpiam exempli narratione celebrato, tres fæminæ ad pœnitentiam longis temporum ſpatiis intermiſſam aduolauêre.

§. IV.

VIRGO DEIPARA, ET SODALES.

13. PAnormitani Collegij Sodalis vnuſquiſpiam eximium colendæ Virginis Matris documentum dedit, imitabili exemplo. Adfuit egregio Dramati, quod Collegium tragico ac inſigni apparatu celebrabat. ſed oculos non in theatrum, verùm in eam, quam eâ deſtinatione attulerat, Deiparæ imaginem defixit, re priùs cum Patre conſcientiæ ſuæ magiſtro collatâ, & oculis nunquam in ea quæ agebantur, quæque audiebantur, ſed

ſed in cæleſtis Matris effigiem vnicè conſtantérque coniectis, longâ ſex ferè horarum, eóque magis difficili, coërcitione, ac poſt P. Balthaſaris Aluarez exemplum, rarâ virtute.

14. Ibidem Sodalium alius æmulâ huic victoriâ, cùm in equeſtri ſpectaculo ſpectandi auidus conſediſſet, animi ac oculorum genium illâ voluptate fraudauit. Vix conſederat, cùm ea illum cogitatio repentè occupauit, quàm alio ille, quàm longè diuerſo in loco ſederent Sodales in Virginis Matris contubernio tunc fortè collecti; quantum ſacellum inter & eius theatri delicias intereſſet ad ſolidam voluptatem. Peruicit animum, & ſe de medio repentinus abripuit; atque ad Sodalitium conuolans, inertem ſuum ad cæleſtia, promptum ad fluxas ineptias & breuia gaudia ſtudium, oppletus lacrymis, accuſauit, atque damnauit.

15. Ibid. Sodalis è Domo Profeſſorũ, qui Deiparæ ſine labe vllâ cõceptæ honori latiùs porrigendo liberalitate annuâ veluti vectigal pendebat fidelis obſequij, à Deipara ita defenſus eſt. Fremebat in illius cædem armatus quiſpiam, eóque conſilio in Sodalitij locum, infeſtum illius vitæ animum & arma intulerat, vt illum iſtic è vita ferro eiiceret. Verùm ingreſſo in conſpectum Virginis, animus repentinâ mitigatione deferbuit; adeò vt odium ſtatim & peccata ſimul omnia, per Pœnitentiæ Sacramentum, priùs quàm inde pedem efferret, dolenter depoſuerit; melior, quàm intrârat, egreſſus. In Reſidentia Chia, ea, quæ quia ex Vrbe *ad nos* al-

lata eſt, magnæ DEI Matris effigies Romanæ nomen obtinuit, & in Sodalitate noſtrâ auguſtè colitur, fæminæ eryſipelate inflammatæ vlcus extinxit: quendam mente captum ſibi reſtituit, nunc mentis compotem, & beneficium agnoſcentem.

16. Caltajeronæ Deiparam ſine labe conceptam incredibili ſtudio increſcente venerari pergit populus, & Sodales. Quas inde vtilitates accipiant, longum eſt percenſere. Aiunt literæ, immaculati illius myſterij nomine inſcriptas ſyngraphas paſſim adhiberi, & eos, qui eas potioni, velut vehiculo, impoſitas glutiuerint, conſaneſcere à morbis variis, & periculoſis. idq́ue expertos *quotquot* illam *ebiberint*. Cuidam inflammatis iis, quibus egeritur, corporis partibus, vrina cùm hæreret, hoc remedio malum depulit. fæmina quartanam tertio iam anno pertinacem ſic extinxit: alia cùm ſemper hactenus non ſine acerbiſſimo cruciatu pareret, hoc amuleto partum facilem impetrauit: alia denique ſimili ſyngraphâ capiti mirum & miſerandum in modum intumeſcenti admotâ, tumorem ſtatim omnem compeſcuit.

17. Syracuſanus Sodalis à quopiam exploſo ſemel atque iterum ſclopo inimicè appetitus, tam feriò illi ignouit, vt aliis poſtea de cauſis in cuſtodia detentum amicè liberalitérque inuiſerit; è carcere clàm elapſum, non ſolùm non patefecerit, verùm & ibi, vbi latebat, comiter viſitârit; ac tandem ad conſcientiam Pœnitentiæ Sacramento diligenter expiandam adduxerit.

18. Dre-

18. Drepani Sodalis cùm puellam procaci elegantiâ, & comicis artibus blandè pellacem adoleſcentibus magno exitio fore, ſi ſe in ſcenam daret, aduerteret; iis qui illam adduxerant, tantum auri repræſentauit, quantum ferè ſperare poterant, ſi in ſpectaculum produxiſſent; eáque pactione, ac auro periculum, illecebrámque iam graſſantem auertit.

§. V.

S. P. IGNATIVS, ET SOCII.

19. INter Ignatij decora ponendæ ſunt Exercitiorum vtilitates; & militans in terris, triumphánſque in cælis Societas. Meſſanæ complures virgines his commentationibus eruditæ, DEO in cœnobio religioſum dixêre Sacramentum. Catanæ nobilium complures ex vrbanis curis ad Collegium ſe recepêre, vt ſederent inter diuinas meditationes ſolitarij & tacerent, leuaréntque ſe ſuper ſe. Clariſſimis quibuſdam matronis domi ſuæ idem placuit. quarum vnaquæpiam nobilitate non magis, quàm virtute illuſtris immundo animarum hoſti dæmoni rabiem tantam mouit illâ ſuâ domeſticâ & Ignatianâ, vt vocant, anachoreſi, vt ni abſiſteret, peſſima illi mala & mortem ſit comminatus; adeò vt manibus quoq; in guttur furenter iniectis exequi ſuas minas inciperet. Sed implorato *Ignatij* nomine, ſacríſque illius allatis pignoribus, ſomno ſuauiter acquieuit. Sic interquieſcen-

quieſcenti ſibi ait oblatam lucentiſſimam ſpecie
Ignatij cæleſti ſplendore perfuſi, & pulcherrima
auguſtiſſimæ DEI Matris effigiem manu geſtanti
& in hæc ferè verba loquentis: An me non noſ
Acquieſce pacato animo. Nam magnæ Matris p
trocinio ſoſpitem te reddam, atque incolumem
Tum Ignatium ait ſibi elapſum ex oculis: & ſe ta
tâ, quantam explicare non poſſet, voluptate pl
nam relictam: neque dæmonem deinceps veter
toriis ſuis terriculis quicquam auſum. Certè ill
ſi vnquam antehac, ſe diuinis perſanè acriter co
ſtantérque addixit.

20. In Reſidentia Chia Sacerdotes plures ii
dem cæleſtis vitæ artibus è libelli Exercitioru
formulâ inſtructi. Meſſanæ verò in tironum dom
etiam Religioſi plures. quorum nonnemo è Cœn
bio ſuo eques abiit, tanquam iter longius adorn
ret. ita citra notam ſuorum diſſimulanter ad n
delatus, adeò ſe ac ſua introſpexit, vt ingenit
primæ in Ordine illo virtutis igniculos gliſcere ſ
bi perſenſerit, adeóque arctiorem eiuſdem inſtitu
ti diſciplinam adierit.

21. Eâdem è Domo hoſpes necdum Nouitiu
maternis lacrymis, nec ſine vi, retrò ſublapſus
manum retulit ab aratro Sed necdum euoluto an
ni vnius curriculo acerbè moriens, S. Ignatio, v
ipſe aiebat, & omnes arbitrati ſunt, pœnas dedit
Quidam contrà, vt Filium ſuum Ignatio Patri e
aſſe tranſcriberet, effecit tandem; cùm lacryman
diceret, ſe niſi filium ſuum inter Ignatij filios aſpi

ceret,

eret, triſtem diem dolentiſſimè obiturum. Pa-
ormi tanta fuit vnius tironum modeſtia, vt toto
rocinij tempore oculos nunquam extulerit: pul-
hrum decus, & propriis S. P. Ignatij tabulis ſi-
nata, ſed ſæpè caduca, hæreditas.

22. Panormi anno 1653. nouâ mutuæ neceſ-
tudinis pactione ſancitâ Profeſſos inter Patres, ac
os quos Conuentuales vocant S. Franciſci aſſe-
las, increuit amor. Die S. Franciſci celebritati ſa-
ro ad noſtrum templum ducta ab illis ſupplica-
io, celebri Patrum ac Sodalium extra templi fores
buiàm cum accenſis facibus prodeuntium cœtu
erhonorificè accepta, illos etiam ad SS Ignatij &
Kauerij feſta ſolenni funalium, tubarum, & muſi-
æ nobilis apparatione celebranda excitauit.

23. Ibidem de ſeipſo narrauit quidam, ſe im-
nundis per triennium imaginibus menti obuer-
antibus vexatum, implorato S. Ignatij nomine
atim veluti tepidâ quapiã aquâ per omnia mem-
ra perfuſum, atque à vexatore immundo immu-
em, gratias debere Ignatio ſuæ puritatis, tran-
uillitatiſque ſequeſtro.

24. Meſſanæ S. P. Ignatij epiſtola ſaluti fuit
ericlitanti in partu fæminæ: Ibidem fæmina quin-
uies abortum paſſa, ſextò grauida, periculíque
nxia S. Ignatium aduocauit, & facili partu par-
ulum enixa Ignatium appellauit, quod Meſſanæ
aud rarum eſt. Panormi ab acerbiſſimo laterum
olore alium exemit S. Ignatij auxilium implora-
um.

25. Apud

25. Apud Netinos fæminam diræ imagin
& ſpectra minis verberibúſque quotidie, ac ferè ſ
ne vlla diei vel noctis interſpiratione, vexabant
Acceptâ ergo ad ſuî præſidium æreâ S. P. Ignat
effigie, ita ſe immunem ſenſit, vt vitam deincep
quietam ſibi ſit gratulata. Ibidem egregia Ciuiu
beneuolentia eluxit in ſocios, quando illorum in
duſtriâ oppreſſum eſt incendium, quod ignis in in
genti carbonum, igni concipiendo idoneorum cu
mulo deliteſcens, & gliſcens, in publicam flam
mam extulerat.

26. Marſalenſis Collegij templo frequentiat
conciliauit mirabilis in Ignatio ſuo DEVS. Du
ſunt luculenta, & ab ipſiſmet conteſtata, quæ be
neficium accepêre. Altera ſæpè, ac vehementer
dæmone ad ſordes impias incitata, S. Ignatij ima
ginem caſto pectori admouit: & impugnationem
ignémque ſopiuit, extinxit. Vidua ibidem cùm
à creditore immodicè ad æs perſoluendum vrge
retur, inuocatâ S. P. Ignatij ope ſe permoneri ſen
ſit, vt arcam iterum pertentaret, licèt ſæpiùs illam
irritâ diligentiâ introſpectam ſemper vacuam re
periſſet. Paruit inſtinctui: & perſanctè affirmauit
ſe tantum omninò iſtic argenti, certè dati non niſ
diuinitùs, reperiſſe, quantum opus habebat, vt ſ
ab illa importunitate redimeret.

27. Mulier Platienſis reliquiarum S. P. Igna-
tij ſacro vſu à fœtu mortuo, & miſeris dierum ali
quot cruciatibus eſt illicò expedita. Apud Biſbo-
nenſes primaria mulier, quæ iam animam agere
cre-

credebatur, oleo Ignatianæ lampadis aſperſa conſanuit. Alia in ſummâ rerum inopiâ, cognatorum diuitum opem experta eſt; id quod à S. Ignatio flagitârat. Alia, Noſtri ſuaſu, ei à quo impudenter impugnabatur, aquam S. P. Ignatij reliquiis expiatam bibendam porrexit; & illâ omnem in illo ignem extinxit, nunquam deinceps improbè oppugnata. Alia poſt Confeſſionem aquâ ſimili febres, quibus ardebat, extinxit.

28. A Narenſis Collegij meſſe anno 1653. ignis illi certò iam imminens, non ſine adſtantium admiratione fuſis ad S. P. Ignatium precibus depulſus eſt. Ad Bideni Collegij templum in feſto S. P. Ignatij venit fæmina, quæ pedem à lapſu claudum ſibi Sancti ope repentè ſanatum dixit; baculúmque ſeu fulcrum in anathema ſuſpendit.

29. Ibidem vir mentis impos à pijs fæminis præſcriptâ à Patrum quopiam ſerie ad S. ſynaxim accedentibus, & illum S. Ignatio enixè commendantibus ita adiutus eſt, vt ad ſe redierit, & peccata ritè confeſſus, parentes ne ſoliciti eſſent monuerit, ſe enim ante diem Dominicum è vita migraturum. id quod ipſa res affirmauit.

30. Apud Motycenſes olei à lampade Ignatianâ piè deprompti efficacitatem ſe contra morbos ſenſiſſe teſtati ſunt hi potiſſimùm. Fæmina, quam apoplexiâ perculerat; eiuſdémque vir laterum dolore, alius diarrhęâ, tres febri aſſiduâ, vnus comitiali malo, alia morbo quopiam, cui leuamentum nullum reperiebat, vexati, & expediti.

Sa-

Sacerdos quidam cùm S. Ignatij opem implorar
nollet, aiebat illum DEIPARÂ Virgine DEO gratio
rem non eſſe. Ab illa ſe ſalutem ſæpiùs poſtulaſſ
Tandem vbi oleo Ignatiano vlcera ſibi perung
paſſus eſt, ſenſit DEIPARAM id miraculum Ignati
reſeruaſſe. ſtatim namque vlcera euanuêre.

31. In Reſidentia Chia fæmina S. Franciſ
Xauerij reliquijs religiosè contactis, poſt miſeran
dos tridui labores & dolores, confeſtim funeſt
illâ ſuâ grauiditate ſoluta eſt. Panormi alia Xaue
rianæ imaginis contactu idem experta. Syracuſi
comitiali morbo cadebat Sanctimonialium quæ
dam, quæ appenſis pectori è collo, S. Xauerij reli
quiis, toto bimenſis temporis interuallo cùm libe
ram ſe videret, reliquias tanquam ſuo iam functa
beneficio, à pectore depoſuit; cùm redux dira
morbi vis illam viribus ac mente deſtitutam atti
nuit, donec reſtitutis pectori Xauerianis pignori
bus pelleretur. Quare deinceps cæleſte illud a
muletum à pectore abeſſe paſſa non eſt; & DEVM
in Xauerio mirabilem prædicauit.

32. Panormi, ac deinde Meſſanæ anno 1654.
B. Franciſci Borgiæ dies impenſis præſentis Prore-
gis Siciliæ Ducis Infantatus auguſtè celebratus, qu
gaudet in Societate tam militante quàm trium-
phante ſplendeſcere ſui ſanguinis claritatem.
Anno 1653. in Collegio Narenſi P. Gaſp. Paranym-
phi oſſa decenter compoſita, & vino lota ſunt;
ſed tamen citra cultum. quamuis in ore famæ flo-
reat eius nomen, multis eius apud DEVM ope ſe à
pluri-

pluribus, varijs, & diuturnis morbis valetudine integratos lætè narrantibus.

ANNVÆ PROVINCIÆ TOLETANÆ.

M. DC. L.

1. E Quadringentis & octo ſocijs fuêre hoc Anno in hac Prouincia 215. Sacerdotes. Ex hoc numero Madritenſem Rectorem, & Prouinciæ olim Prouincialis abſentis loco Præpoſitum *P. Didacum Pintum* exemit matura mors. Hic vitam, eruditam ingenij aciem, & calamum totum Crucifixo authorauerat; de quo duo in lucem dedit volumina; tertium luci maturum reliquit. Ætas illi caduca, ſed viuida & pietate inſigni ſpectabilis, ac prompta eruditio.

2. *Sacramenta* facta ſunt nobis præſentanea pacificationis firmamenta, veteranis quoque annorum 20. reſtinctis incendijs. In *Optenſi* Collegio, cuidam animo ab efferâ diſſenſione explicato tanta malacia ſedit atque tranquillitas, vt cùm vix à nobis digreſſus in aduerſarium ſuum, quem vrbe abeſſe putabat, inopinatò incideret, ac vterque attonito in ſilentio hæreret ſuſpenſus, memor calentis adhuc promiſſi, ſe in alterius collum & amplexus abiecerit; ſupplex veniam dederit, atque ac-

ceperit; ſcandalum denique exempli opportunitate diluerit, quod publicatione mox factâ latiùs permanauit.

3. In *Pacenſi* Collegio ſummi exercitûs Duces ad Collegium confluunt ad animos confeſſione perpurgandos, & in quadrageſimæ ferijs ſecundâ, quartâ, & ſextâ, ad breuem concionem, atque ad flagellationem quoque, magno exempli emolumento vnà cum ipſo ductore exercitûs faciendam.

4. Societati hoc etiam acceſſit honorificum, quòd *Compluti* primarium quoddam eius Vniuerſitatis Collegium pro conſuetâ funebri Fundatoris laudatione noſtrum Oratorem elegerit, & laudationem typo in lucem dederit. Eminentiſſimus quoque Toletanorum Antiſtes, inſigni Societatem laude nobilitauit, cùm inſtitutas rogatu ſuo à Talabricenſi Collegio miſſiones, & ingentis operæ pretio vſque ad inuidam quorundam maledicentiam progreſſas, exquiſitéque laudatas, ita protexit, vt non opertaneis tantùm & clandeſtinis linguis laus illa modum poſuerit, verùm etiam adhibita grauis indignationis plena coërcitio publicam contra nos concionantis proteruitatem aſperè ac vehementer reprehenderit.

5. Sit & hoc pro quali quali ſeu Societatis commendatione, ſeu annalium condimento. *Madriti* cum voluptate ac plauſu à Rege Catholico Regináque in Collegio ſpectatus pro theatro Andreas Ouiedus Æthiopiæ Patriarcha. Inde vicinam

nam theatro cœnationem ingreſſæ Regiæ maieſtates, vnà cum fæminis puellíſque principibus. vbi menſas vario ſecundarum menſarum apparatu inſtructas Rex apprimè probauit; Regina verò, & Infans, etiam libauêre. atque ad familiarem quandam erga nos dignationem conteſtandam domum quoque aſportari iuſsêre: pijs quoque ac non inuenuſtis muneribus impensè delectatæ, cùm Rector Collegij, Reginæ quidem cor cryſtallinum ſat amplum, Infanti verò elegantem è cryſtallo item arculam dono dedit. hæc S. Petri Apoſtolorum Principis, cor autem quinque de Societate noſtrâ Sanctorum Beatorúmque Confeſſorum reliquias, & adorabilem Crucis Dominicæ particulam habebat inſertam: gratum non vno ex capite donum.

6. Multifariam glorioſa DEO, ac populo vtilis 40. horarum celebritas vt auguſtiùs celebretur, procurant etiam eorum nonnulli, qui è vita diſcedunt. *Alcarracenſi* Collegio eam in rem vir nobilis quingentos aureos, *Placentino* Matrona item nobilis centum nummos aureos, eóſque annuos, reliquit.

7. Chirographum S. P. Ignatij è *Seguritano* Collegio ad ſe allatum, vt ipſa enixè expetebat, capitíque admotum, Maria Fernandez in nixu hactenus difficillimo, tantum ſibi leuamenti attuliſſe, læta & grata teſtatur, vt ſtatim partu facili ſit ſoluta. *Compluti* Geruaſius Felix Montani Archiepiſcopalis Curiæ fiſcus eò iam diſcriminis deuenerat,

vt morbus omnem medendi artem, ac vim ſuper-greſſus, domeſticos omni ſpe deiectos, ad ea, quæ funeri breuì efferendo neceſſaria videbantur, apparanda conuerterit. Intereà ſanè quàm opportunè S. P. Ignatij chirographum expetere venit ægro in mentem. quo impetrato, & Sancti ope flagranter accitâ, æger ſtatim alleuamentum ſenſit, adeò vt elangueſcente morbi vi, eodem ipſo die à Medicis extra omnem periculi aleam eſſe, ſit pronunciatus, Deo illum per manum Ignatij alleuante.

8. Ibidem Xauerij quoque gloria emicuit, cùm perpetuum ſanguinis fluxum, quem honeſta matrona nec remedio vllo, & ne allatis quidem Sanctorum reliquiis curare potuit, poſteaquam S. Xauerij reliquias ori oſculabunda & orans admouit, planè atque confeſtim ſtitit.

ANNVÆ PROVINCIÆ TOLOSANÆ

M. DC. L.

TOloſana Societatis IESV Prouincia hoc anno Sociis conſtitit quingentis & quindecim.

§. I.

SACRAMENTA, ET MISSIONES.

1. IN conciliandis acriter diſſidentium animis, in curandis diuitum pauperúmque domi ac foris ſacris vtilitatibus præcipuum & ſemper felix induſtriæ noſtræ ſũmarium fuit accuratè vbiq; commendata frequentatio Sacramentorum; quo, velut potenti vinculo copulatas vidimus plurium voluntates, etiam in legitimâ quorundam Matrimoniorum ſanctitate procurandâ.

2. Maior ſenſim cùm domeſticarum tum peregrinarum miſſionum meſſis, & gloria effloreſcit. E tertiæ probationis anno Patres duo, alter Conſtantinopolim, alter in Perſiam deſtinati Ambulantes, vt vocant, intra ſepta Prouinciæ miſſiones non niſi prolixâ narratione dici poteſt quâ DEI gloriâ, quo animarum quæſtu, quibus ſtudiis illas laudantium, ambientium populorum, præſertim apud Conuenas & Aruernos fuerint celebratæ; le-

ĉto etiam è Caluini tribulis pretioſo manipulo, præſertim Montalbani, Biterris, Carcaſſonæ: & Carcaſſonæ quidem, linguæ Occitanæ Comitia ex omnibus Prouinciæ Ordinibus adunata, Societatem dato luculento diplomate, honorificè; deſtinatis autem pro Collegij fabrica mille libris argenti, liberaliter habuêre.

§. II.

S. P. NOSTER IGNATIVS.

3. Matrona nobilis, & coniunx è ſuprema Curia Senatoris paucis ante partum diebus inuocato magnâ cum fiduciâ S. P. Ignatio, & hauſto puluere Manreſano, ſub auroram naſcentis eius diei, qui S. P. Ignatio ſacer eſt, prolem enixa eſt familiâ effusè geſtiente, ac vtroque coniuge Societati maiorem quàm antehac beneuolentiam promittente, paruulo etiam, vt ſe *Ignatij* beneficiarium vnà cum parentibus memoriâ non intermoriturâ agnoſceret, Ignatij appellatione donato.

4. Sanflorana in Aruernis Matrona geminâ, eáque mortiferâ tabe contacta, nullis hortamentis adduci poterat, vt vel mortis, vel conſcientiæ perpurgandæ mentionem admitteret, ipſum Parochi aut religioſorum nomen dirâ execratione deteſtata. Terruit omnes periculi magnitudo. Ergo è Collegio, domeſticorum accitu, adfuit Noſter: ſed ne actum & ipſe ageret, priùs rem hanc in in-

cruento ſacrificio, Chriſto animarum noſtrarum Epiſcopo ſuſcepit commendandam. Ibi S. P. Ignatium impensè, vt in re tanta ſibi propitius vnà cum Patre *Regis*, magnâ cum virtutis famâ iſtic celebri, adeſſet obteſtatus, fidenter ad ægram accedit, quáque poteſt dexteritate obſtinatam in meliora flectit conſilia. Illa ſperare alacriter, atq; ſpei partem non vltimam in Sacramentis, adeóque in ſupremâ Vnctione collocare iuſſa, prompta obſequitur. Suggerenti etiam Patri, vt DEO in S. P. Ignatij honorem, & felicem P. *Regis* recordationem votum offerret, eius rea futura, ſi DEVS illorum meritis precibúſque longiorem ſibi vitæ vſum concedere dignaretur; paruit lubens, tam expedito, ac certo voti concepti præmio, vt non iam animo tantùm, verùm & corpore ſe repentè meliùs habere compererit, cum egregiâ ſpe rediturae propediem integræ ſanitatis.

§. III.

SACRÆ RELIQVIÆ.

5. MAuriacenſis Collegij ſacra ædes hoc anno S. Paulini Martyris, velut noui hoſpitis, corpore locupletata eſt è cœmeterio S. Cyriacæ. Inuectum eſt ſolenni pompâ in deſtinatam aram die S. Andreæ, magno ciuium plauſu, læto ſcloporum ſtrepitu, feſto Cleri ac Religioſorum comitatu & cantu. Multi iam in templo noſtro S. Paulini opem vel implorant, vel expertam

benefici hoſpitis liberalitatem colunt gratiis referendis.

6. Honeſtam apud Toloſates familiam maligna quædam febrium intemperies communi contagio inuoluerat. Quatuor erant hoc malo afflati; quibus poſteaquam Noſter guttam, quæ de S. Nicolai corpore manat, hauriendam porrexit, omnes eodem die, mirum dictu, magnâ cùm admiratione tum gaudio conualuêre, Paterfamilias cum filiis, & ſoror Matrisfamilias.

§. IV.

EXERCITIA S. P.

7. EXercitiis aſceticis magno numero, nec minore fructu externos excoluit felix induſtria Sociorum. Solum tirocinium Toloſanum ad 15. exercuit. Anicij Abbas magni nominis, cùm hactenus ambiguo erga Societatem animo haberetur, videretúrque ſubeſſe aliqua radix amaritudinis, in ſacro illo receſſu propenſam cumprimis erga nos induit voluntatem.

§. V.

QVÆDAM DE P. FRANCISCO Regis notabilia.

8. REcèns ac pia eſt iſtic P. Franciſci Regis annis proximè præterlapſis magnâ cum virtutis eximiæ famâ defuncti memoria, quam bene-

neficâ in populos liberalitate alit benignus DEVS. Fuêre, qui ex vltimis Regni finibus ad eius tumulum vota nuncuparent euentu lætabili. Sacrum tribunal, quod in Anicienſis Collegij templo ipſe olim pro Sacramento Pœnitentiæ occupabat, magno populi ardore, ac religione celebratur; votis etiam eò miſſis, ac beneficiis reportatis, cùm aliàs ferè quotidie, tum vel maximè die, quo è vita diſceſſit. Omnia tamen ſobriè ac prudenter moderati Noſtri; ne quid ardore populi contra ſcita Sedis Apoſtolicæ præfeſtinatum cenſeri poſſet.

9. Puellam Turnonenſem quartana febris toto iam anno depaſcebatur, peruicacior quàm vllo vt remedio vinci poſſet. Idoneæ fidei teſtes affirmant, illam, vt primùm aſperſum corraſo è P. Franciſci tumulo puluere iuſculum ſumpſit, morbo eueſtigiò propulſato, eodem puncto temporis reſpiraſſe.

10. Apud Monferrandenſes adoleſcens è Philoſophiæ auditoribus vnus, febris vehementiâ de poteſtate mentis deiectus, tam diu iacuit Medicorum conſulto deploratus, dum anxius animi Parens filium P. Regis meritis precibúſque commendaret: quo ſtatim conualeſcente diuinam opem gratus ac venerabundus obſtupuit, eandem aliàs iterùm tenerâ cum gratulatione expertus.

§. VI.

SODALIS IN PVRGATORIO.

11. IN Carcaſſonenſi Collegio adoleſcens
ſcholaſtico puluere ac Sodalitio MARIA-
no ante quintum ferè menſem demortuus, alter
familiari præ aliis neceſſitudine ſibi olim deuincto
amico nocturnus apparuit, eúmque ad matrem, &
ad Patres Societatis IESV nuntium vt perferret, ro-
gauit. Et matri quidem, vt piacularia ſacrificia pro
filio procuraret illo in templo, vbi cadauer iace-
bat: Patribus autem Societatis IESV ampliſſimas
gratias vt ſuo nomine redderet, nempe qui ſe cùm
aliis in locis, tum in Sodalitio precibus adiuuiſſent.

§. VII.

SVMMARIVM DE IIS, QVI HOC anno vitâ deceſſerunt.

12. TVrnone 7. Febr. *P. Ioannem Antonium Fontaines* Occitanum, 38. ætatis, 18. initæ Societatis anno phthiſis extinxit, virum accuratè, ac ſtudioſè agendis rebus intentum, animo ſtrenuum, ac inter prima concionum ſemina cælo maturum.

13. Biterris 30. Martij obiit *P. Ioannes Bajole* 69. annos natus, in Societate vixit annis 54. vir Eccleſiaſticâ, quàm & ſcriptis ornauit, eruditione, zelo ſcientiâ inſigni armato, acri hæreſes ſcitè oppugnandi neruo, præclaris docendi atque ad con-

cio-

cionem cum ſpiritu ac doctrinâ dicendi laboribus, crudâ & vegetâ ſempérque amabili, ac erga maiores obſequiosâ ſenectute, promptis manſuetæ vbique charitatis obſequijs, omnium amorem laudémque commeritus.

14. Monferrandi 7. Aprilis *P. Ioannes Charroy* in ipſo ætatis ac ſcientiarum flore, 36. ætat. anno deceſſit. Humaniora, & Philoſophiam eximiâ cum famâ calluit docuítque. Collapſam ciuium Sodalitatem in magnum ſplendorem erexit: animi demiſſione tantus, vt poteſtatem ſibi fieri petierit peccata confeſſione publicâ expiandi.

15. Eadem demiſſionis virtus admirabiliter emicuit in *P. Dominico Tixier* Anicij 29. Aprilis extincto, magnæ induſtriæ ac hilaris patientiæ viro, quíque ſui per omnes artes deſpiciendi, ac pro inerti & reiectaneo vt haberetur, procurandi anſas perquireret.

16. Ruthenis 18. Decemb. 64. ætatis, 46. in Societate anno diem ſupremum vixit *P. Matthæus Lalane* vir ad vtramque literaturam toto ingenio natus; obedienter promptus ad infima, pro ductu nutúque Superiorum ſecurè iubentium. Huic verè velut in rubo ardente propitium ſe oſtendit ſuauiſſimus DEVS: nam cùm vitam omnem inter aſſiduos ſcrupulorum aculeos anxiè perturbatéque duxiſſet, magno cordatæ fortitudinis documento, poſt vitam ſpineam, tranquillam mortem inuênit, quando citra terrores, dulciſſimâ erga optimum DEVM fiduciâ tranquillè deceſſit.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ VENETÆ

M. DC. L.

§. I.

QVÆ AD VNIVERSAM Prouinciam.

1. NVmerauit hoc anno 1650. Prouincia Veneta in 21. domiciliis 388 è quibus 166 Sacerdotes; in Societatem admittendorum deſideria fruſtrauit Pontificis authoritas id vetantis. duo autem ad plures, ad ſeculum; nouem ad cælum, vt ſperamus, abiêre. Cotignolenſis Reſidentia in tertiæ Probationis Domum admiſſa; Carpenſis autem cœpta inter Collegia numerari.

2. Illud quoque ad vniuerſam Prouinciam viſum eſt pertinere, quòd ab impoſito nobis in Carpenſium Sanctimonialium Cœnobio Confeſſarij ordinarij munere hoc tandem anno noſmet euoluerimus; cui nos anno 1639. ſacra Cardinalium Congregatio inuitos addixerat, cùm in illuſtriſſimo illo Monaſterio quaſdam inimici dæmonis intemperiis agitari coorta fuiſſet ſuſpicio. Nunc degunt quietæ, ac magno eò illuſtrioris quò maiore Principum quoque ſanguine nobilitatæ virtutis exemplo;

nplo : ac luculenter teſtantur lacrymis, quàm
uitæ à nobis id vnicè pro inſtituti noſtri genio
uærentibus, ſint auulſæ. Magnum certè iſtic, &
mni operâ nobilius pretium eſt relatum, ſi ſolida
ximiæ virtutis decora æſtimemus. Verùm quàm
lis vtile fuit nos iſtic fuiſſe diſciplinæ magiſtros;
m nobis lætabile, ac iuxta mentem indolémque
gnatij, neceſſarium eſt abſtitiſſe.

§. II.

MISSIONES, CATECHESES, induſtriæ.

3. AD plura centenis loca miſſionum ſe ſe animosè cura porrexit. neque foris tantùm, ſed & in ipſa Bononienſi vrbe, præter templum noſtrum tria nobis templa ab Eminentiſſimo Card. vrbis Archiepiſcopo ſunt aſſignata, quæ affluentis populi deſideriis, & frequentiæ nimis fuêre anguſta. vnde plenæ fuêre populo ad eorum templorum ianuas plateæ. Omitto ſingula percenſere. tanta fuêre domi, & foris, etiam in Sanctimonialium aſceteriis nouo lumine colluſtratis, vt Patres pulcherrimo pleni ſolatio venientes venirent cum exultatione, portantes manipulos ſuos; in quorum gratiam montes arduos, pedites vndique perreptabant; nullo à Parochis petito degendæ vitæ ſubſidio, totóque viſitatorum (quo nomine Fauentinæ miſſiones Roſſetti Cardinalis rogatu ſunt inſtitutæ) nomine ac honore in animorum vtilitates proſperè amantérque conuerſo.

4. Exer-

4. Exercitationibus aſceticis nonnulla, quanta maxima verò potuit animam agentibus, a rudibus adiuuandis diligentiæ pars impenſa; Noſtro quopiam potiores per vrbes, Epiſcopi poſtulatu, omnibus doctrinæ Chriſtianæ ſcholis viſitandis, formandíſque præfecto, luculentis & paruulorum & paruularum ea in palæſtrâ eruditarum emolumentis; nec effœtâ vnquam, vel deficient vbertate fructus ſe vndequaque abundè pandentis.

5. Bononiæ indulgentijs dotatæ Synaxeos frequentiam perquàm impensè adiuuit, & cumulauit, aliàs cœpta, nunc magnis auctibus propagata, Sanctorum communicantibus piâ ſorte diſtributorum induſtria. Cùm verò alibi conſuetis per annum diebus ferè lectiones à meridie habeantur in templis noſtris, Mantuæ breuiora ab altari colloquia, coram Chriſto Euchariſticâ pompâ expoſito poſt veſperas Ducis impenſis pleno artis choro cantari ſolitas, habent quiddam delinimenti cæleſtis ad diuinum illud pignus totâ venerationis induſtriâ, ingenióque colendum.

§. III.

VARIÆ SODALITATES.

6. PArmæ nouem; Bononiæ, Ferrariæ, Foroliuij ſeptem Sodalitia; in alijs quibuſdam Collegijs ſena cenſentur. Sodales verò Parmæ octingentis plures, nec Bononiæ pauciores.

Emi-

Eminent ferè calore virtutis Sodalitia duo. Alterũ
n denis vel vndenis Prouinciæ Collegijs pœniten-
iæ nomine Sodales veſperi ad pœnitentiæ volun-
ariæ flagella collectos per viam, vt aiunt, purgati-
iam ducit ad itinera æternitatis. Alterum inter
?. Georgij Iuſtiniani nuper laboribus ac vitâ functi
nonumenta cenſendum, eſt ſub IESV & MARIÆ
uguſtiſſimis nominibus inſtitutum Anno 1646.
Bononiæ ad mortem bonam ſanctiſſimis quibuſ-
que artibus obtinendam. Præſtitutus illi dies fe-
riâ 6. locus templum eſt. A ſacro cohortatio ha-
betur è pulpito ad auidam, & frequentem è ſexu
vtroque concionem. vnde poſtea viri ſecedunt in
priuatis pietatis exercitationibus operam poſituri.
Eadem poſtea Ferrariam, Mutinam, Ariminúmque
traducta; quædam è Bononienſi, quædam è Roma-
nâ formulâ traduxit magno illi bonæ mortis nego-
tio quàm optimè procurando. Scholæ verò, vir-
tute ingenium acuunt, & viciſſim.

§. IV.

SS. PP. IGNATIVS ET XA-uerius.

7. DEcimâ Decembris die quotannis, ob vo-
tum eâ die Anno 1630. nuncupatum,
Cardinalis Legatus Bononiæ cum pleno Senatu,
Clero, ac populo comite, ad noſtrum templum
ſupplices veniunt, SS. Ignatium & Xauerium ele-
ctos vrbis Patronos veneraturi. Etiam in templo

vrbis

vrbis principe, ara ſanctiſſimo Sacramento aſſeruando aſſignata S. P. Ignatio ſacra, exhibet Ludouicum Card. Ludouiſium ad S. P. Ignatij pedes venerabundum, & ſupplicem vrbi tabe peſtiferâ laboranti præſidium poſtulantem. Tironum templum S. P. Ignatij nomine celebre, Collegij autem templum ibidem S. P. Xauerij, olim hîc diu hoſpitis, cubiculo in eiuſdem Sacellum benefici vſque in Galliam ac ipſam Indiam olei lampade ac luce latè celebrato.

8. Cæterùm ſex ægros numerauit hoc Anno Bononia, priſtinæ incolumitati propitio Ignatij nomine reſtitutos; eius etiam chirographo, ſacríſque reliquijs prompto erga pias puerperas leuamento per Prouinciam commendatis.

9. S. Xauerij potens ac peropportunum auxilium ſenſit quodam in loco Prouinciæ perſona citra vllam famæ iniuriam infami partu leuata. Retulit poſtea ſe, Sancto illo admirabili implorato, citra dolorem peperiſſe, & infantem nullo vagitu edito per ipſum auorum conclaue, citra vllam ſuſpicionis vmbram, elatum.

10. Alteram, beneficium Xauerianum gratè fatentem, licet ac libet nominare. Franciſca Guidi Romagnoli ciuis Foroliuienſis filia, quam diuturna ægerrimi corporis inualetudo iam ipſo etiam pedum vſu adeò deſtituerat, vt nonniſi gemino ſub alis adminiculo ſe loco mouere poſſet. Hæc exeunte huius anni Nouembri menſe, audito ſolenni æris campani ſono, qui futurum poſt octo dies S. Xa-

es S. Xauerij Foroliuienſium Protectoris feſtum nuntiabat, ſenſit ſe ad implorandam Sancti admirabilis ſoſpitalem benignitatem occultâ motione permoueri, ac ſpe afflari. Eapropter ſubſidit ſenſim in ægra genua, & quantâ potuit fidentiſſimi cordis flagrantiâ, Xauerij ſubſidium poſtulauit. Redijt, ipsâ id manifeſtè perſentiſcente, in deſerta pridem languidæ membra vigor, & Franciſca fulcris abiectis liberè ac expeditè ingredi, & prodeambulare cœpit, nullo morbi vel tunc, vel poſtea veſtigio inter ſtandum ambulandúmue oſtenſo; cùm paulò antè nullis viribus poſſet pedibus ipſa citra ſubſidiariorum fulcrorum vſum conſiſtere.

§. V.

DE QVIBVSDAM ISTIC vitâ defunctis.

II. E Bononienſi S. P. Ignatij tirocinio 15. Ianuarij diem decretorium habuit *Conradus Baſilius Guerrierius* Mantuæ anno 1626. 9. Auguſti natus: & auditâ de Chriſti vulneribus fer. 3. Paſchatis peracri Noſtri cuiuſdam concione, vt liberalitati diuinæ ac pretio ſanguinis Chriſti reſponderet, poſt Philoſophiæ curriculum Societatem ingreſſus anno 1649. 21. Maij. In tirocinio quàm fortiter tam feliciter vim intulit ſibi, id eſt, refractariolo ſuo ad religioſam accurationem ingenio; & ipſum ſuum præcipitem ardorem in ſe, atque in triumphi, præclarorúmque in commilitones ex-

 emplo-

emplorum materiam ſcitè conuertit; ad mortem animo placidè tranquillo compoſitus: quam antequam obiret, religioſa vota nuncupauit, & Collegiũ Mantuanum hæreditate ſuâ ritè locupletauit.

12. Ibidem 5. Februarij obijt *P. Ioannes Baptiſta Vezzanius* duodeſexaginta annorum; quem nimia tenerioris conſcientiæ terriculamenta diebus ante mortem ferè duodecim de vſu mentis deiecerant. Sed 1. Februarij nocte ad ſe reuerſus, ea demum ad finem vſq; vitæ fecit, quæ talis temporis extremitas poſtulat à viro planè religioſâ morte migrante. Temporis, vt ſic dicam, etiam atomi ac minuta illi ſummo fuêre in pretio. vnde quæ in rem ſuam variè adnotauit, decem facilè tomos componerent. Carpi cùm Noſtris præeſſet, à Sanctimonialibus Angeli nomine laudabatur. Ferrariæ, ac alibi quàm magno in pretio erat apud Nobiliſſimas quaſque Matronarum, tam illas dextrè religioſéque fugiebat; à munuſculis pœnitentium penitùs alienus: atque ad obedientiæ nutum vndecunque, quocunque, quandocunque auocaretur, mirè ac hilariter promptus. Vnde P. Franciſco Piccolomineo tunc Prouinciali aiebat ſe albam chartam, quod aiunt, ſeu puram, porrigere, vt de ſuâ perſonâ pro arbitratu prout vellet, diſponeret.

13. Fauentiæ 27. Aprilis morbo extremo confectus eſt *P. Carolus Zampertus* Placentinus, 4. vota profeſſus Philoſophiam, ac poſtea Bononiæ per annos duodeuiginti moralem Theologiam, magno ingenij, iudicij, & accurationis nomine expla-

planauit; cuius etiam *Deciſiones* impreſſit, à Noſtris & externis magni habitus, etiam à Card. Roſetto Epiſcopo Fauentino. Præcipua, & multifariam ipſi quoque in periculis, vt expertus fatebatur ac prædicabat, vtilis in illo emicuit pietas & miſericordia erga animas, quæ in purgatorio pœnas perſoluunt: quas ille velut ſuas clientes iuuit, ab illis viciſſim adiutus vt cliens.

14. Quintâ Maij Parma amiſit *P. Michaëlem Angelum Guardia* Bononienſem, quem Miniſtri officio, & præparando Philoſophico ad docendum curſui gnauiter occupatum importuna, ſed religioſa, mors occupauit.

15. Poſt viginti dies diem obijt Balneocaballi *P. Marcus Antonius Doinus* Venetus, formatus ſpiritualis Adiutor, diu Grammaticæ magiſter, dum per valetudinem abſiſtere cogeretur.

16. 20. Oobđt. Parmæ migrauit è vita *P. Paulus Realinus* Carpenſis, 4. vota Profeſſus, è P. Bernardini Realini fratris filio natus. Parmæ Theologiam de conſcientiæ officijs perdiu docuit: & Rauennæ Rector, ac Parmæ pro Rectore, Collegium gubernauit. Morbo in viſitatione cum Epiſcopo Parmenſi per Diœceſim factâ concepto, annos natus facilè 52. extinctus eſt, cùm in Societate ferè ab anno 1615. vixiſſet.

17. Parmæ 9. Decembris extinxit *P. Ioannem Macaccium*, ibidem 8. Aprilis natum anno 1596. & ante 20. annos Societati, ac in ea deinde Coadiutorum ſpiritualium gradui adſcriptum,

Iuris vtriuſque Doctorem. Parmæ Curati naui per omnia munere fungebatur, cùm latè graſſata contagio illi anſam præbuit, vt ſe Societati, ac in ea peſte contactis operam ſuam addiceret. id quod prouidenter, ac præſtabili cum charitate perfecit; Operarij poſtea officio perſanctè functus, ac mirandulano domicilio vtiliter præfectus. Laus illius præcipua fuêre aſſiduitas apud morientes, & in pœnitentiæ tribunali; ac rara in Sodalibus cùm Nobilibus tum mercatoribus per vias rectas ad æterna ducendis, & manudocendis, felicitas. ab anno 1648. apoplecticus, lubens tamen aures dabat & operam confitentibus, cùm ad ſedem confeſſionis deportaretur; donec eodem iterùm ictus morbo, vitam, quam inter peſtiferos ponere optârat, finiuit.

Ad maiorem DEI, DEIparæ, S. P. N. Ignatij, & Omnium Sanctorum gloriam.

AVCTA-

AVCTARIVM ANNVARVM

NOMINA AVTHORVM, ET LIBRORVM A SOCIETATE ANNO M.DC.L. EDITORVM, DE QVIBVS HACTENVS CONSTAT:

reliquos expectamus vnà cum his conſueto Scriptorum Soc. IESV Catalogo recudendo inſerendos.

A.

ADami Schirmbeck è Gallico P. Pauli Barry edita Latinè, Monachij in 12. *Alimenta pietatis erga S. Ioſephum.* etiam Germanicè edita Monachij à P. Chriſtophoro Schachner in 12. *Blanditiæ ſacræ*, ſiue centum exercitia pietatis erga Chriſtum. *Pædagogia cæleſtis*; ſiue de beneficiis & cultu SS. Angelorum.

Alberti de Albertis *Paradoxa moralia de ornatu mulierum.* Mediolani in 4.

Alberti Ciecisżewski *Concio Polonica* coram Poloniæ Rege, ac Regno dicta Varſauiæ in 4.

Alberti Wiiuk Kojalowicz *Miſcellanea rerum ad ſtatum Eccleſiaſticum in magno Ducatu Lituaniæ pertinentium.* Vilnæ in 4. *Hiſtoriæ Lituanæ* pars prior. libri 9. Dantiſci in 4.

Alexandri de Rhodes Italica relatio de felicibus ſanctæ fidei à Societate IESV prædicatæ ſucceſſibus in Regno Tunchino. in 4. Romæ.

Aloyſij Iuglaris *Schola veritatis aperta Principibus.* Taurini in 4. Italicè.

Aloyſij Tanæ *Frænum linguæ pungentis , & alienæ cenſentis.* Taurini in 4. Italicè.

Andreæ Brunner *Demonſtratio diuinæ miſericordiæ in conuerſione peccatorum*, facta 8 dramatis. Oeniponti in 8. Germanicè.

Antonij Chanut. *Præcipua VII. auguſtiſſimæ Virg. MARIÆ myſteria.* Toloſæ in 8.

Antonij Dionyſij *Sapientiæ muſæum* carmine elegiaco Rhedonibus in 16.

Antonij Girardi *Inſtitutio ſpiritualis pro afflictis.* ex Bloſio Gallicè reddita. Pariſiis in 24.

Antonij Lauedani, de Anno ſancto, diſſertatio tripartita. Toloſæ in 8.

Antonij Tazlatini *Pietas Solatio deſtituta.* Italicè. Romæ in 12.

Athanaſij Kircheri *Obeliſcus* hieroglyphicus ex hippodromo Antonij Caracallæ Cæſaris explicatus. Romæ in fol. *Muſurgia vniuerſalis*, ſiue artis magnæ conſoni & diſſoni. tomi duo. Romæ in fol.

C.

CAroli Creizen *Gloſſa* ſuper defenſionem honoris Crameri miniſtri Gedanenſis. in 4.

Quatuor vtiles interrogationes ex funebri concione D. Botſack excerptæ, ponderatæ, & reſolutæ. in 4.

Catholica gratiarum actio pro nundinis Walteri, in 4.

Reſponſio ad replicam eiuſdem. in 4.

De Indulgentiis, & Iubilæo. Bransbergæ in 12.

Catholicum fidei ſcutum, contra ſcutum cuiuſdam Liuonis. ibid. in 12.

Caroli Pajot *Manuale principiorum linguæ Lat.* in duas partes diuiſum. Flexiæ in 8.

Claudij la Broüe *Vita P. Io. Franc. Regis.* Anicij in 8.

Conſtantij Pulcharelli Carminum libri V. Florentiæ in 12.

D.

DAnielis Bartoli *Vita, & inſtitutum S. P. Ignatij.* Romæ in fol. Italicè. Item ibid. Italicè in 8. *Paupertas contenta.*

Dionyſij Petauij, De Concilij Tridentini interpretatione, & S. Auguſtini doctrina, diſſertatio poſterior. Pariſiis in 8. Eiuſdem Operis Theologicorum Dogmatum, tomi poſteriores duo Pariſiis in fol.

F.

FRanciſci Annati *Catholica diſceptatio de Eccleſia præſentis temporis.* in 8. Pariſiis.

Franciſci Bardi *Diſceptationes Morales* de conſcientia in communi, recta, erronea, probabili, dubia, & ſcrupuloſa. in fol. Panormi.

Franciſci l'Hermite *Subſultoria tergiuerſatio hæreticis familiaris, quando premuntur.* Belgicè. Antuerp. in 4. & *Reſponſio* de Communione Laicorum ſub vna ſpecie. *Encænia* Acherontica ſuper indulgentia plenaria fidei iuſtificantis Caluini-

ſtarum. Chriſtianopoli. *Arbor Majalis* plantata Caluiniſtis Siluaducenſibus, in 4.

Adm. R. P. N. Franciſci Piccolominei Epiſtola *De vtilitate, & neceſſitate Executionis*. Romæ in 8. Italicè & Latinè.

Franciſci de Smidt Dux Spiritualis, P. Lud. de Ponte in Flandricum verſus. Antuerpiæ in 4. *Tractatus de ſtatu virginum* deuotarum in ſeculo. Belgicè in 12. ibid. *Diarium meditationum* per annum. Belgicè ibid. in 8.

G.

GAbrielis Beati *Natura in arctum coacta*: ſiue Philoſophiæ compendium. Partes duæ. in 16. Romæ.

Gaſparis Fighera *Summa ſpiritualis*, in qua ſoluuntur difficultates in via ſpirituali occurrentes ex Hiſpanico Italicè. Bononiæ in 12. interprete Hieronymo Pichio Soc. IESV Religioſo, quem in ipsâ ſpe ac expectatione vixdum ordientem ſuccidit acerba mors in patria, quam Burgum S. Sepulchri vocant. 5. April. 1649.

Gebhardi Razenriedt *Demonſtratio*, Eccleſiam hodie idem ſentire de Cœnâ, Deiparâ, Purgatorio, &c. quod olim. Germanicè. Ratisbonæ.

Georgij Gobat *Senſus, & conſenſus Doctorum de Iubilæo duplici*. Oeniponti in 8. Narratio de noua Francia è Gallico Latina ibid. in 8. *Theſaurus Eccleſiaſticus Indulgentiarum*. Monachij in 8.

Georgij Heſeri *Dioptra Kempenſis*, quod Thomas à

Kem-

Kempis ſit verus author lib IV. de Imitat. Chriſti. Ingolſtadij. in 16. *Vita & Syllabus operum* Thomæ à Kempis ab Anonymo coæuo conſcripta. in 16. ibid. *Summula Caietani Abb* contra fictitium Gerſennium in 12. ibid. *Diſſertationes tres* de Auctore librorum de Imitat. Chriſti. in 24. ibid.

Georgij Reeb *An Seculares etiam debeant ac poſſint, & quomodo vitare omnia peccata mortalia, & Deũ amare ſuper omnia.* Dilingæ in 12.

Georgij Stengelij *De honore dignis, vel indignis dato, negato, violato.* Ingolſtadij in 8. Latinè. *Vis, & virtus exemplorum.* ibid. in 8. Germanicè. *Crucifixi contemplator.* ibid. in 8. German. *Æquitas DEI homines punientis.* ibid. in 8. Latinè. *Talio hominis, & DEI.* ibid. in 8. Latinè.

Gregorij Ferrarij Commentaria in Apocalypſim. Pars 1. & 2. in fol. Mediolani.

Guilielmi Chabroni *Philoſophia,* per argumenta breuiter explicata. Pariſiis in 12. tomis tribus.

Guilielmi Dondini *Laudatio funebris* Wladislai IV. Polon. ac Sueciæ Regis; Caſimiri IV. Polon. ac Sueciæ Regis inauguratio triumphalis carmine; & *Lauretana Domus, aula cæleſtis.* Romæ in folio.

Guilielmi de Landsheere *Rationabile poſtulatum* propoſitum omnibus heterodoxis, qui iactant ſe in ſuis dogmatibus procedere ſolùm è Verbo DEI. Belgicè. Antuerpiæ. *De neceſſaria veræ Chriſti Eccleſiæ duratione perpetua.* ibid. Belgicè.

H.

HErmanni Buſenbaum *Medulla Theol. moralis*, Monaſt. Weſt. in 12.

I.

IAcobi Hautini *Sacramentum Amoris Euchariſtia.* Inſulis in fol.

Iacobi Sirmondi editus Marcellini, & Fauſtini libellus precum, Triplex nummus, Antitriſtani duo, Seruati Lupi de tribus quæſtionibus liber. Ruffini Presbyt. Palæſtini de Fide. omnia Pariſiis in 8.

Ignatij Derkennis *Veritas Bullæ Vrbanianæ*, quòd aſſerat in Auguſtino Ianſenij, multas è propoſitionibus à Pio V. & Gregorio XIII. damnatis contineri. Namurci.

Ioannis Andreæ Alberti Panegyrica Italica, de S. Xauerio. Genuæ in 12.

Ioannis Ant. Caprini *Meditationes de Paſſione Chriſti, & Doloribus B. Virg.* ad benè moriendum. Romæ in 16. Italicè.

Ioannis Bagotij *monita* Catholicis data ſuper vera doctrina de Gratiâ. Gallicè. Pariſ. in 4.

Ioannis Bapt. de la Barre *Realitas Corporis & Sanguinis Chriſti in Sacramento Altaris*, conceſſa per Miniſtros hæreticos Franciæ. Nemauſi. Gallicè in 8.

Ioannis Bapt. Giattini *Epiſtola de libello Antonij Santiui*, ſeu de inclinationum appendice. Romæ in 12.

Ioan, Ferrandi *S, Ferrandus Rediuiuus*. Lugdun. in 4.

Ioan-

Ioannis Iachnowicz *Doctrina Chriſtiana.* Vilnæ in 12. Polonicè.

Ioan. Iacquinotij *Compendium vitæ S. Ioſephi.* Nanceij.

Ioannis Nádaſi *Annus SS. TRINITATIS* pro diebus *Dominicis* per annum. Poſonij in 18. cuius auctarium ſunt *Aſpirationes Theologicæ* in 52 anni hebdom. diſtributæ, Ingolſtadij poſtea anno 1656 impreſſæ. *Annus morientium*, & *mortuorum* pro diebus *Lunæ*. Tyrnauiæ. *Annus Crucifixi* pro diebus *Veneris* per annum. Poſonij.

Ioannis Stephani Menochij *Variarum lectionum*, ſeu Storearum tomus 3. Romæ in 4.

Ioannis Vincartij *De cultu B. Virg.* proſa, & verſus Gallici.

Ioannis Zawlicki, *Panegyricus* Hieronymi Capitanei Morirenſis. Vilnæ in folio.

Iodoci Kedt *Tangi cordium*, in quo hæreticis ſua fides ſuſpecta redditur. Germanicè. altera editio Colonienſis: & in Belgio Belgicè.

Ioſephi Oblomowicz Concio Polonica, in funere Martini Karlinski Vexilliferi. Vilnæ in 4.

L.

LAurentij Foreri *Colloquium* contra Prædicantem Tigurinum, de 5. punctis controuerſis. Lucernæ. Germanicè in 8. *Vmbella* fatuo lumini hæretici Melchioris oppoſita, de Vocatione Lutheri, &c. ibid. in 8. Latinè. *Vita Chriſti Germanica*, Pars 3. in 8. Dilingæ.

Mat-

M.

MAtthiæ Stempel *panegyricus*, cui titulus: Fortitudo in morte immortalis. Vilnæ in fol.

Maximiliani Sandæi MARIA ſtella maris, deliciæ ſtellares, mons myſticus. Coloniæ in 12.

Melchioris Cornæi Controuerſiæ contra Prædicantem Argentinenſem, Herbipoli, Partibus duabus.

N.

NIcolai Cauſini *Regnum DEI*, ſeu diſſertationes in libros Regum de Inſtit. Principum: & libri 4. de Domo DEI. Pariſiis in folio. Eiuſdem. *Angelus pacis* ad Principes Chriſtianos. Pariſ. in 12.

Nicolai Cichouij *Reſponſum Theologicum* ad Markieuictium. Romæ in 4. *Typus falſitatum Socinianarum*, in explic. Scripturis. Cracouiæ in 4. Polonicè.

Nicolai Lancitij opuſcula aſcetica 21. duobus tomis in folio. Antuerpiæ.

P.

PAuli Kozlowski *Faſciculus Congregationis B. V.* aliàs Latinè, nunc Polonicè, Vilnæ recuſus in 12.

Pauli Ragueneau *Relatio nouæ Franciæ*, Gallicè Pariſijs in 8.

Petri Poſſini *Vincentia victus*, Montalbani in 8.

Petri le Moine *Collectio Poëſeon Theologicarum, heroicarum & moralium*. Pariſijs in 4 Gallicè.

Eiuſd. *Collectio lemmatum heroicorum, & moralium,*

lium. ibid. in 4. Gallicè.

Petri Wiiuk Kojalowicz *Panegyricus*, *Lux Lunæ Tyszkieuicianæ* Vilnæ in folio. & alicuius, cui tit. *Faſciæ Parczeuianæ decora.* ibid in fol.

R.

ROberti Card. Bellarmini *Epiſtolæ familiares Latinæ* editæ à Iacobo Fuligatto Scriptore vitæ illius: cum eiuſdem Præfatione. Romæ in 12.

S.

SAmuelis Kuderowski *Orationes aliquot Panegyricæ* Brunsbergæ in 4. & ibid. *Icon Parricidij*, Oratio de Chriſti tormentis.

Sigiſmundi Lauxmin *Demonſtratio Catholicæ Eccleſiæ*, ex certis à prima ſui origine notis in Sacra Scriptura expreſsè poſitis. Vilnæ in 12. *Inſtitutio linguæ Græcæ.* ibid. in 8.

Stephani Zalawcka *Oratio pro funere Matthiæ Montani.* Brunsbergæ. in 4. ibid in 4. *Orationes* quinque variæ, cum verſibus, & elogiis.

INDEX

INDEX ANNVARVM M. DC. L.

PER NVMEROS PROVINCIARVM.

A.

Aduerſo tempore oratio & mortif. Poloniæ numero 31.
Adulteri mors facta vita adulteræ. Germ. ſup. num. 14.
Agnus Dei, ſeu cerea bened. ſanat. Rhen. inf. n. 8. alia Boh. 43. 44.
B. Aloyſius Mediol. n. 20. Auſtriæ n. 63 Germ. ſup. n. 67.
Amiſſus vnio. Mogor. 14. res aliæ. Gallob. 4.
Angelus monitor ad confeſſionem Auſtr. 15. excitator. 56. plures cum Beata Virg. 34. Cuſtos. Polon. 9. miſſus à B. V. Germ. ſup. 29.
P. Anchieta. Gallob. n. 17.
S. Andreas monitor ſui clientis. Germ. 105.
Apoſtata. Mogor. 7. Angl. 8. 9.
Aqua benedicta. Angl. num. 16. Bohem. 51. Lithuan. 16.

B.

Baptiſmus. Angl. 12. 13. Auſtr. 2.
S. Barbara Pol. 14.
Beatiſſima Virgo Mater, militem ſeruat. Auſtr. 4. varia. Fland. §. 3. ſanat. Auſtr. 24 Flandrob. à n. 11. Gallob. 5. Auſtr. 26. 27. 29. 37. induſtria illam colendi. Hibern. 7. Gallob. 3. 6. Rom. 2. Boh. §. 3. 58. Caſtell. 12. 13. iuuat ad fidem. Boh. 9. Fland. 1. Germ. 1. Lith. 1. Pol. 13. Mediol. 8. Rhen. ſup. 6. ad confeſſionem. Rom. 14. Auſtr. 28. 34. Germ. 29. 30. 32. Lith. 8. Pol. 9. 12. Mexic. 8. Rhen. inf. 27. Germ. §. 2. n. 7. §. 4. n. 22. 26. Sic. 19. horrori eſt dæmonibus. Auſtr. 8. iubet quendam Sodalitati nomen dare. Auſtr. 23. Germ. 22. eius feſtum. Auſtr. 25. 33. Pol 10. Sicil. 16. Nouitij illi addicti. Auſtr.

30.31. Hibern. 4. tentatũ iuuar. Auſtr. 35. blaſphemus mergitur. Auſtr. 38. eius amore hoſti parcitur. Auſtr. 36. 64. Imago B. V. Auſtr. 36. Fland. 19. Mexic. 7. 11. Germ. 1. 23. Rhen. inf. 14. B. Virg. nomen. Auſtr. 12. Germ. 27. 33. Pol. 14. pœna in impium. Hib. 8. Rhen. inf. 14. Amiſſa, eius ope reperta. Gallob. 4. in vita conſeruat. Gallob. 6. Rh. inf. 13. 15. 16. Rh. ſup. 4. 5. tuetur deſperatum. Caſtell. 14. S. Ignatius illius imaginem geſtare viſus. Sic. 19. conſultrix. Sardin. 4.

Blaſphemia. Auſtr. 22. 38.

S. Birgitta. Boh. 58. Hib. 13.

C.

CÆcus à SS. TRINIT. curatus. Lit. 14.

Calculus Germ. 43. curatus à S. Xau. Mogor. 13.

Calicis prophanati pœna. Auſtr. 11.

Calores, Mogor. 3.

Calumniator punitus. Mexic. 14. Mogor. 8.

P. Caniſius. Germ. 68.

Capitis dolor. Gallob. 11. 17.

Caritas. Pol. 3. 19. exemplum Angl. 5.

Caſtitas. Boh. 45. Hibern. 21. per Beat. V. Lith. 9. 10. Pol. 19. Mediol. 2. 3. 6. Mogor. 10. 12. Sicil. 8. 18. 23. 26. 27. Germ. §. 7.

Catecheſis Caſtell. 10. & paſſim.

Catholicorum ardor. Angl. §. 2. eos affligentium pœna. Hib. 24.

Chriſti cunæ. Auſtr. 7.

Cibi vetiti. Boh. 46.

Cilicium. Germ. 69.

Cogitationes impuræ. Rh. inf. 19.

Colloquia ſpiritualia. German. 97.

Concio Boh. 55. Fland. 29. Germ. 19. Rh. inf. 5. Sicil. 10.

Confeſſio Auſtr. 14. 15. 16. 17. 18. 55. Caſtell. 6. 7. 8. Gallob. 2. German. 2. 3. 11. 12. 13. 15. Lith. 5. 6. 8. 22. Fland. 16. 18. Rom. 14. Rhen. inf. 9. 12. Pol. 4. diuinitùs imperata; Germ. 63. & aliàs. non differenda Pol. 7. quotidiana. 23.

Conſuetudo mala ſublata. Hib. 21.

Conuerſi ad fidem. Angl. 2. 8. Auſtr. 1. Boh. 37. §. 7. n. 3. Franc. 1. Germ. §. 1. Me-

Medio'. 1. 8. Mogor. 4. Lith. 1. Polon. 1. 2. 13. Rh.inf.1.35. Rh.ſup. init. Rom. 9. 17. Sicil. § 1.
Conuerſio notabilis. Boh.§. 2.52. Rh.inf.2.3. & aliàs.
Cor. Gallob. 3.
SS. Coſmas, & Damianus Germ. 37. 38.
Crucifixus. Germ. 79. 81. Pol. 8.
Crucis ſignum. Fland. 29. Hibern. 8. 9.

D.

DÆmon ſponſam mentitus. Rh.inf. 26. quæſtus de hæret. conuerſo. Bohem. 9. minatur hæretico, ne conuertatur. Boh. 10. conſpectus illius occaſio confeſſionis. Germ. §.2. n.8. turbat confitentem. ibid. 11. horret MARIAE nomen. ibid. 27. fugatur ope S. Ignatii. ibid. 44. Gallob. 13. 14. è domo hæretica pulſus. Fland. 2. cum hæreſi pulſus. Angl. 2. fugatus. Auſtr. 8. per Confeſſionem pellitur. Auſtr. 15. Gallob. 2. dat pecuniam, vt decipiat. Gallob. 1. Deſperati. Rh. inf. §. 7. Germ. 96.
DEI iudicia. Auſtr. 5. Fland. 8. Prouidentia. Fland. 9. Germ. 20. Rhen. inf. 25. 28.
Diſciplina. Pol. 31.
Diſputatio cum hæret. Rh. inf. 6.
Dolus deprehenſus. Germ. 18.

E.

ELeemoſyna. Auſtr. 37. Lit. 13. Mediol. 5. 8. 15. Pol. 20. Rh. ſup. 12.
Euchariſtia. Auſtr. 6 §. 3. 50. Boh. 2. 8. 10. Lit. 7. Mediol. 4. Germ. 95. 103. Mexic. 6. Mogor. 10. 12. Pol. 5. Rh. ſup. 13.
Exemplum bonum. Mexic. 12.
Exempla narrata. Caſtell. 2. 10. 17.
Exercitia S. P. Ignatij. Caſtell. 17. Fland. 20. Sicil. 19.
Extrema vnctio. Angl. 14.

F.

FEbris. Rh. inf. 17.
Feſta. Auſtr. 55. Angl. 18. Lit. 15.
Fidei conſtantia. Fland. 29.
Fulmen. Germ. §. 12.

G.

GVlæ mortific. Germ. ſup. 80.

H.

HÆreticorum communio. Auſtr. 10. mors. Germ.

Germ. 16. vide *Conuerſi.*
Heroicus actus. Germ. §. 1. 5.

I.

IEiunium. Mex. 8. Mogor. 13.
IESV vniuerſitas. Hibern. 3. nomen. Sard. 9.
IESVS, MAR. Auſtr. 12. Gallob. 2.
S. P. Ignatius. Auſtr. à num. 58. Boh. §. 5. n. 36. 93. apparet, Franciæ. 4. 6. Sicil. §. 5. n. 19. Caſtell. 18. Flandr. §. 4. Gallob. §. 6. Hibern. 15. 16. 17. 18. Mediol. 12. 13. 14. 16. Mex. 13. Mogor. 13. Rom. §. 6. n. 27. Rhen. inf. 20. §. 5. Germ. ſup. à num. 40. ad 63. Sicil. 25 26. Sard. 5. Toloſ. §. 2. Rhen. ſup. §. 3. & num. 11. Tolet. 7. Venet. 7. 8. Pol. 16. 17.
Ignis parcit ſacris. Angl. 17.
Imago. Fland. 19. Mogor. 12. B. V.
Impudicitia. Auſtr. 13.
Incendium. Germ. 17.
Induſtria. Angl. 8. Auſtr. §. 10. Boh. §. 8. Germ. §. 8. Franc. §. 2. Hibern. §. 6. Mediol. 4. 8. Rh. inf. §. 8. Rhen. ſup. §. 4. Sard. §. 4. Venet. 5.
Infernus. Auſtr. 12.
Ingenium. Germ. 50.
Iniuria tolerata. Auſtr. 41.
Iniuſtitiæ pœna. Germ. 100.
Innocentia immunis à dæmone. Auſtr. 8.
S. Ioannes Apoſtolus. Bohem. 20.
S. Ioſeph. Camp. 4. Gallob. §. 4. Germ. 34. Rom. 14.
Ira ſedata. Auſtr. 36.
Iuſtitia. Pol. 21.

L.

LEctio pij libri. Angl. 19.
Locuſtæ. Mogor. 1.
Luſor impius in Euchar. Rom. 11.
Luxuria. Auſtr. 54.

M.

MAgi Sacerdotes. Rom. 12.
Manus. Rhen. inf. 15.
S. Maria Magd. Auſtr. 57.
Mater honoranda. Auſtr. 8.
Melancholia. Boh. 52.
Miſericordia. Auſtr. 83.
Miſſa. Angl. 15. 17. Fland. 9. Rhen. ſup. 13. veſtes Boh. 48. Germ. 3. Mogor. 12.
Miſſio vrbica. Ven. 3.
Modeſtia. Rom. 12. 17. Mogor. 6.
Moniales. Gallob. 13. Germ. §. 10.

Moribundi confeſſio. Sard. 1. 2.
Moribundi. Auſtr. 14. 16. 34.46.47. Boh. 36.42.49. Fland. 11.20.22. Pol.6.7.
Mors. Rh. inf. 35.40.41.
Mortificatio Mediol. 23. Sicil. 13.

N.

NOuitiorum mortific. Hibern. 5.

O.

ODia. Auſtr. 59. §. 8. Fland. §. 5. Germ. §. 2. n. 6.
Oſcitatio ſub miſſa. Germ. 15.

P.

PAnis cruentus. Auſtr. 83.
Parentum honor. Auſtr. 59. Polon. 8.
Paſſio. Lith. 19.
Paupertas. Caſtell. 3.
Pecunia dæmonis. Auſtr. 61. pecunia, Boh. 28. Gallob. 1.
Peregrinatio. Rhen. inf. 11. Germ. 31.
Peruicaciæ pœna. Angl. 13.
Pietas ducum belli. Tolet. 3.
Podagra. Germ. 48.
Pœnitentiæ Sodalitas. Venet. 6.
Politici pœna. Hib. 24.
à Porcis comeſtus. Boh. 31.
Præda ſacrilega. Germ. §. 1. num. 3.
Purgatorium. Angl. 19. Bohem. §. 9. 55. Auſtr. 42. & §. 11. German. 31. 83. 105. Campaniæ 1. Rhen. inf. §. 9. Rh. ſup. §. 5.

R.

RAnæ. Pol. 5.
Religioſi facti. Auſtr. 39. Boh. 30. & paſſim.

S.

SAbbatum. Hib. 7. Lit. 15. Mex. 8.
Sacramenta. Fland. §. 2. & paſſim.
Sancti. Gallob. §. 5. Hib. 21. Polon. §. 4. Germ. 36. Toloſ. 6. menſtrui. Auſtr. 47. Rh. inf. 35. Auſtr. §. 7. 52.
Sanguinis profluuium. Gallob. 5.
Scrupuli. Angl. 5.
Serpens. Auſtr. 44. Hib. 12.
Societas pro confeſs. commendata. Auſtr. 15. 17. 55. æſtimatio. Rh. inf. 1. 6. 7. Hib. 1. Mexic. 4. Mogor. 5. 6. eius calumniator è cælo correctus. Mex. 14. deſertor. Rom. 8.
Socij mali. Rh. ſup. 2.
Sodalis poſt mortem apparet. Auſtr. 42. 45. caſtus.

Lit. 10. in Purgatorio, Toloſa. §. 6. mors. Hib. 10. pro purg. pij Sod. Pol. 11. & aliàs.
Sodal. Auſtr. 23. §. 6. 75. 76, Boh. 13. Caſtell. 16. Rom. 15. 16. Mediol. 9. 10. Sicil. §. 4. Mexic. 9. 10. 12. Rh. ſup. 13. Gallob. 3. Germ. 24. 25. 28. 29. §. 6.
Somnus. Lit. 19. 22.
B. Stanislaus. Pol. 18. Lit. 17.
Suauitas. Auſtr. 66.
Superſtitio. Auſtr. §. 9.
Supplicium. Germ. 100.
Sutor medicus. Rh. inf. 1.

T.

Templum. Hib. 11. 13. 14. Pol. 20.
Tenebræ diurnæ. Mogor. 2.
Tentatio. Gallob. 13. Mexic. 9. Rh. inf. 18.
Tertiani Patres. Caſtell. 4.
S. Thereſiæ vita ſincera quæ. Rom. 3.
Theſaurus quæſitus. Rom. 12.
SS. TRINITAS. Germ. 20. Lit. 14.

V.

Veneficia. Rh. inf. §. 6.
P. Vincent. Carrafa. Rom. 24.
Vocationis neglectæ pœna. Boh. §. 7. Hib. 6.
Vocatio. Germ. 103. Lit. 18.
Votum. Germ. 31. Rh. inf. 11. 14. 31.

X.

S. Xauerius. Auſtr. 62. Camp. 5. Franc. 5. Gallob. 15. 16. Hib. 19. Pol. 18. Mediol. 17. 18. 19. Rom. 22. Mexic. 15. Sardin. 6. Sicil. 31. Tolet. 8. Venet. 9. 10. apparet. Germ. 63. 65.

FINIS.

04270.

Errata.

Fol. 127. v. 12. à fin. Nemenſis. l. Nemeſis.
150. v. 3. à fin. aberciſſimis. l. acerbiſſimis.
177. v. 4. oculis. l. oſculis.
218. v. 10. Bed. l. Sed.
406. v. 10. à fin. & plures in baptiſmo. dele. in baptiſmo.
439. v. 13. à fin. Oobct. l. Octob.